

D. 3



M. TULLII CICERONIS. *ABC*

ORATIONES

PRO LEGE MANILIA, PRO A.
LICINIO ARCHIA POËTA, AD
QUIRITES POST REDITUM, ET
POST REDITUM IN SENATU.

CUM NOTIS

HOTOMANNI, ABRAMII, MANUTHI,
HEUMANNI, AC SELECTIS
ALIORVM

RECENSUIT ATQUE EDIDIT

JOANNES ANDREAS OTTO,

VERBI DIVINI MINISTER EIKENDORF
ET ZENS.

PARS SECUNDA.

EDITIO NOVA, AUCTA ATQUE EMENDATIO.

MAGDEBURGI,
EX TYPOGRAPHIA PANSIANA,
APUD AUCTOREM ET APUD KELLER.

M D C C C.

14 Gr.

ELBINGER
BIBLIOTHECA

FRIEDRICH
BUCHNER.



3364



92147

VIRO

SUMME VENERANDO,

DOCTISSIMO,

GOTTHILF SEBASTIAN

R O E T G E R,

PRAEPOSITO ATQUE PRAELATO

DIGNISSIMO

GOENOBII B. M. VIRGINIS,

PATRONE HONORATISSIMO,
AMICO SUAVISSIMO,
HANC LIBRI PARTEM
TAMQUAM AMICITIAE GRATIQUE ANIMI
DOCUMENTUM.

P. D. D.

A U C T O R.

M. TULLII CICERONIS
PRO
LECE MANILIA,
SEU
DE IMPERATORE POMPEIO
DELIGENDO,
AD POPULUM
ORATIO.

habita anno aetatis 41. urbis 638.

ARGUMENTUM.

M. Aemilio, L. Volcatio Coss. cum L. Lucullus, qui Proconsulari imperio bellum adversus Mithridatem annos prope septem administrarat, a Senatu revocatus Romam rediisset, repente C. Manilius tribunus plebis rogationem ad populum tulit, ut eius belli administratio Cn. Pompeio, qui tum summo cum imperio bello maritimo praefectus erat, committeretur. Erant autem, secundum Plutarchum in vita Pompeii, rogationis capita fere haec: ut provincia universa, cui Lucullus praefuerat, omneque ipsius imperium et exercitus Pompeio mandarentur: et hoc amplius Bithynia adiungeretur, cui Glabrio praecerat: classis item et copiae omnes maritimae, quas ipse
initio

initio belli piratici habuerat, omnesque praeterea provinciae, quibus solis superiore lege non praefuerat, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis et Armenia. Qua lege, quia Pompeii potentia nimis crescere videbatur, optimique perterriti facti sunt: quare Q. Hortensius et Catulus Consulares rogationem dissuaserunt. Alter enim non esse uni omnia committenda dicebat, alter vero in uno homine saepe esse periclitandam fortunam negabat. Cicero praetor creatus his respondit hac oratione, legemque persuadendam populo suscepit, quod in Pompeio omnia essent, quae ad perfectum imperatorem pertinerent. Hinc factum est, ut Pompeius imperator belli Mithridatici cunctis suffragiis deligeretur. Oratio haec quam Cicero praetor anno aetatis 41. Urbis 688. habuit, quatuor absolvitur partibus, ad quas attendere iubemur, si ordinem ab oratore servatum penitus perspicere velimus.

I. Exordium, cuius summa ad tria haec argumenta redit:

- 1) declarat Cicero, se huc usque omne tempus privatis amicorum causis transmississe, cum et per aetatem et per facultatem ipsi nondum licuerit, pro rostris dicere.

2) gra-

- 2) *gratulatur sibi munus oratoris publicum, cui subeundo tum propter auctoritatem a populo concessam, tum propter facultatem longo usu acquisitam, par sit.*
- 3) *laetatur, quod in eiusmodi causa dicit, quam Pompeio honorificam esse nemo potest dubitare. Cap. 1.*

II. *Narratio habet historiam belli: unde ortum, qua varietate gestum, et quo loco iam res sint. Cap. 2. §. 4. 5.*

III. *Tractatio, in qua occurrit,*

- 1) *Propositio, quae triplex est: primum, de genere belli, deinde de magnitudine eiusdem, tum de imperatore deligendo.*
- a) *Gerendum est bellum, a duobus Asiae potentissimis regibus, Mithridate et Tigrae illatum, quia genere suo grave est et necessarium. Namque*
- 1) *agitur in hoc bello gloria populi Romani, a maioribus tradita. §. 6-11.*
- 2) *agitur salus sociorum atque amicorum per Asiam Graeciamque, quos pro virili defendere fas est. §. 12. 13.*
- 3) *aguntur certissima populi Romani vectigalia et maxima. §. 14. 15. 16.*
- 4) *aguntur bona multorum civium, qui vel Asiae vectigalia conduce-*
runt.

runt, vel ibi collocatas habent pecunias; quibus ergo est et ipsorum et reipublicae causa consulendum. §. 17. 18. 19.

b) Non negligendum est bellum Asiatum, quia tanta est magnitudine, ut sit pertimescendum. Namque

1) duo reges potentissimi hoc bellum suscipiunt.

2) eidem bello sese adiungunt et exterarum gentes, quibus copiae Mithridatis adeo auctae sunt, ut Luculli exercitum in fugam coniecere potuerint. §. 20-26.

c) Cn. Pompeius bello Mithridatico praeficiendus est, quia virtutibus bellicis mirum quantum ornatus est. Quatuor hic enumerantur virtutes imperatoriae.

1) Scientia rei militaris, quae in Pompeio non potest non esse eximia, tum quia extrema pueritia bellis summa cum laude interfuit, tum quia omnes belli casus perpressus est. §. 27. 28.

2) Virtus militaris, quae Pompeio abiudicari nequit,

u) ob insignia virtutis monumenta, quae in Italia, Africa, Hispania, aliisque provinciis permultis posuit. §. 29-35.

b) ob

- b) ob alias virtutes, quae fortitudinis bellicae comites sunt et administratae, quorsum pertinet innocentia, temperantia, fides atque humanitas. §. 36-42.
- 3) Auctoritas, in bellis administrandis, qua Pompeius plurimum valet, non modo apud populum Romanum, qui eum huic bello praeficiendum putat, verum etiam apud hostes, qui vel solo Pompeii nomine audito timore percelluntur. §. 43-46.
- 4) Felicitas, quae in Pompeii potestate ita posita est, ut summos Romanorum duces longo post se intervallo relinquat. §. 47. 48.
- 2) Confutatio Hortensii et Catuli, qui a Cicerone dissentiebant.
- a) Q. Hortensius contendebat, ad unum omnia deferri non oportere. Quam sententiam ideo reiicit Cicerone, quoniam praedones certe ingenti clade Romanos affecissent, nisi lege Gabinia unus imperator adversus piratas constitutus fuisset Pompeius. §. 49-58.
- b) Q. Catulus censebat, Pompeium cum summo imperio ad bellum mitti non posse, tum quod tota populi Romani spes in eo nitatur, tum quod maiorum exempla et instituta prohibeant,

beant, uni omnia concedere. *Ad primum respondet Cicero*, populo Romano summi hominis vita atque virtute, dum per deos immortales liceat, hoc magis esse fruendum, quo minus certa sit hominum ac minus diuturna vita. §. 59. *Ad secundum vero*, maiores pro ratione temporum nova saepius iniisse consilia, et singulares Pompeii virtutes maxima mereri praemia. §. 60-68.

IV. Peroratio duo haec complectitur momenta;

- 1) *Collaudat orator legem atque sententiam Manilii. §. 69.*
- 2) *Testatur, se non privato Pompeii commodo, sed publicae salutis consulere. §. 70. 71.*

Quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo incundissimus, 1) hic autem locus,

- 1) *Orditur a modestia sua, quod benevolentiam conciliat; et superioris vitae rationem exponit, ne serius fortasse, quam deceret, coepisse de rostris verba facere videatur. Manut. Frequens conspectus vester: i. e. conspectus vestrae frequentiae cum vos videro maximo numero congregatos. Heum.*

2) Ipse

cus, 2) ad agendum 3) amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites: 4) tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique 5) maxime patuit, non mea me voluntas,

- 2) Ipsa rostra, ex quibus tunc primum concionabatur, Maniliam legem suadens. Ex rostris enim haberi solebant ad populum conciones a magistratibus: de superiore loco, magistratus cum populo; ex aequo et plano, patroni in iudiciis causas agebant. Inde formantur dictiones: ascendere in rostra, descendere de rostris, dicere pro rostris. *Manut. et Hot.*
- 3) *Agere cum populo et dicere ad populum* differunt inter se. Illud, *agere cum populo* est rogare quid populum, quod suffragiis suis aut iubeat, aut vetet. Hoc, *dicere ad populum* est concionem habere, verba facere ad populum sine ulla rogatione. Ergo *ad agendum amplissimum* appellat, quod nullis nisi amplitudine praeditis viris, magistratum sc. gerentibus, agere cum populo liceret. Orationem autem habere aliquis poterat, qui carebat auctoritate publica. Hinc *ad concionandum* sive *ad dicendum* locus vocatur *ornatissimus*, quod ornamento esset iis, qui concionabantur, ut adolescentibus, qui de laude alicuius pro rostris orationes ad populum habebant. *Hot.*
- 4) Ita domi appellabantur ciues, et quidem universi. Foris autem et in bello ita dicti, non amplius pro militibus habebantur, sed erant exauctorati. Caesar milites nominavit commilitones. Romani autem nomen hoc traxerunt a *Curibus*, Sabinorum oppido, postquam Sabini in civitatem recepti sunt.
- 5) Vel magistratum gerenti, vel privato. Licebat enim etiam privatis hominibus, quibus dicendi copiam magistratus fecerant, in superiorem locum ascendere et concionari, non vero agere. *Aditus laudis* autem dicuntur

luntas, sed meae vitae rationes 6) ab ineunte aetate 7) susceptae, prohibuerunt. Nam, cum antea per aetatem 8) nondum huius auctoritatem loci 9) attingere auderem, statueremque, nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria, afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus 10) transmittendum putavi. Ita neque hic locus vacuus umquam fuit ab iis, qui

dicuntur rostra, quia ibi laudem popularem consequi licet. V. *Ernesti Clav.*

- 6) Vitae meae constitutio; quia me totum ab ineunte aetate, omissa rerum publicarum cura, ad agendas causas contuli. Planius hoc infra: *omne meum tempus* etc. *Manut.*
- 7) Non pueritiam, sed adolescentiam significat. Adolescentens enim, natus annos XXVI, priuatam pro P. Quintio causam egit, publicam anno insequenti, pro Roscio Amerino, Sulla et Metello Coss. *Idem.*
- 8) Quia nimis iuuenis eram. Gravissimis tantum viris patere aditum ad hunc locum existimabam. *Idem.*
- 9) *Huius auctoritatem loci* pro *amplissimum hunc locum*. Abstractum pro concreto. Tribuitur huic loco *auctoritas*, quia in eum non nisi magistratibus licebat ascendere. Haec est simul ratio, cur Cicero auctoritatem huius loci nondum attingere potuit. V. *Ernesti Clav.* in *auctoritas*.
- 10) *Tempus* de statu cuiusdam rei dicitur: quo sensu est saepissime apud Ciceronem; pro quo etiam dicit *periculum*, i. e. iudicium, quod periculum capitis affert. Sic statim infra: *in privatorum periculis*, *Transmittendum* i. e. tribuendum, addicendum.

qui vestram causam defenderent: 11) et meus labor, in privatorum periculis 12) caste integreque versatus, 13) ex vestro iudicio 14) fructum est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum, 15) ter prae-

11) Is enim locus optimo cuique maxime patuit. *Bonos* Cic. appellare solet, qui reipubl. studiosi sunt. Avertit orator invidiam, quod ad populum nondum verba fecerit.

12) Id est, in reis defendendis. Eis enim, qui in magistratu erant, diem dicere non licebat. *Hot.*

13) Propter legem Cinciam hoc dicit, quae donum pecuniamve ob causam orandam accipere vetabat. *Casiti* proprie sacerdotes, qui puri erant a sordibus animi et corporis. *Integri* autem iudices et patroni, qui non corrupti sunt muneribus. Caste ergo et integre in clientis causa versatus fuerat, quod nullum munus donumve acceperit, nec eam unquam prodidisset. *Hotom.*

14) Quod in praetore me cunctis centuriis renuncians declarastis. *Manut. Fructum amplissimum:* praeturam.

15) Differebantur plerumque propter obnunciationes. Ante comitia enim *auspicia* rite capi debebant. Quod si non recte esset factum, vel si esset *obnunciatum*, hoc est, si *infausta signa de coelo essent nunciata*, quod solebat fieri ab augure, qui de coelo servabat, vitiosa erant comitia, et in alium diem reiciebantur, solemnibus formula auguris dicentis, *alio die*. Immo inchoata comitia adhuc dirimi poterant, si etiam tum obnunciatum esset, vel etiam si tribunus plebis intercessisset, solemnibus illo verbo, *veto*. Has autem obnunciationes, dilationesque comitiorum, candidatorum gratia nonnumquam faciebant. Ut comitia quibus Clodius praeturam, et *Milo* consulatum petebant, laepius

praetor primus 16) centuriis cunctis renun-
ciatus

saepius dilata esse, Cic. in ep. ad Att. scribit. Non poterant comitia haberi, nisi *diebus comitialibus*, sive *quibus cum populo agere licebat*. Comitia dicta sunt a coeundo, nihilque aliud sunt, nisi *conventus universi populi ad ferendum de aliqua re suffragium*. Si pars tantum conveniebat, *concilium* potius dicebatur; et si non suffragiorum causa, sed de alia, populus conveniebat, non erant comitia. *Comitium* autem dictus est locus, ubi comitia habebantur. Tria porro fuerunt *comitiorum genera*. Praecipuum comitiorum genus erant *comitia centuriata*, quibus populus per classium centurias diuisus suffragia ferebat; ita ut, quod plures centuriae iussissent, id ratum haberetur. Omnes enim cives in *sex classes* erant distributi, quae rursus in *centurias* diuisae fuerunt. *Primae Classi* annumerati sunt cives ditissimi, *secundae*, ditiores; *tertia*, divites, *quarta*, mediocres; *quinta*, modici; et denique *sexta*, tenuissimi. His comitiis omnes magistratus maiores, utpote Consules, praetores, censores creabantur. Congregatus autem fuit populus extra pomerium, in Campo Martio: nam in urbe haec comitia haberi non poterant. *Curiata* comitia erant, in quibus populus in curias diuisus suffragia ferebat: *tributa*, in quibus a populo tributim, i. e. per tribus descripto suffragia ferebantur. His comitiis creabantur omnes magistratus minores; quales erant aediles curules et plebei, tribuni plebis, quaestores etc. Quod tironum causa semel monuisse sufficiat.

16) Praetorum certus numerus non fuit; sed pro eo ac tempus reipubl. postulabat, horum numerus auctus est. Aetate Ciceronis octo fuerunt. Qualém autem Praetor quaestionem exercuerit, notum est ex oratione pro Cluentio et ex ea pro Rabirio Posthumo. Fuit sc. praetor de pecuniis repetundis. *Hot.*

17) Sen-

ciatus sum, facile intellexi, Quirites, et quid de me iudicaretis, 17) et quid aliis praescriberetis. 18) Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus 19) mandandis esse voluistis: et ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit asferre: certe, et si quid auctoritatis in me est, ea apud vos utar, qui eam mihi dederunt: et si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei 20) fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. Atque illud imprimis mihi 3 laetandum iure esse video, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, casualis oblata est, in qua oratio deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaque virtute: huius autem orationis difficilius est exitum, 21) quam prin-

17) Sentiretis, existimaretis.

18) Hoc sc. ut ita viverent, quemadmodum ego vixi, suumque tempus amicorum temporibus transmitterent. *Manut.*

19) Aedilitate et praesertim praetura, qui magistratus maior est. *Idem.* *Mandandis*: alii: *mandandum*: melius autem nos. Auctoritas enim Ciceroni tributa est per honores ei mandatos.

20) Dicendi facultati, eloquentiae meae. *Fructum*; scilicet praeturam. *Judicio* i. e. suffragio, quod ex iudicio tulerunt.

21) Propter copiam rerum, quae de illius virtute dici possunt. *Manut.* *Virtus*: non fortitudo, sed omnes animi dotes.

principium invenire. Ita mihi non tam copia, quam modus 22) in dicendo quaerendus est.

2) Atque ut inde oratio mea proficiscatur, 1) unde haec omnis causa 2) ducitur: bellum grave et periculofum veftris vectigalibus 3) atque fociis 4) a duobus potentiffimis regibus inferitur, Mithridate et Tigrane: 5) quorum alter relictus, 6) alter laceffitus 7)

22) Vult dicere: ex pluribus Pompeii virtutibus et rebus gestis ea, quae ad praesentem causam faciunt, eligenda sunt.

1) Narrationis initium sumit a tribus causis, a bello, a damno, ab hoste. De bello dicit, graue et periculofum esse; de damno, calamitatem inferri vectigalibus populi Romani; de hoste, non unum esse hostem, sed duos, et duos reges, et reges potentiffimos. Manut.

2) *Causa*: quaestio, de qua suffragium laturo estis. *Ducitur*, i. e. orta est.

3) *Vectigal* proprie est pecunia, quae pro vectura penditur: nam a *vehendo* dicitur, quum ex fundis fruges in urbem vehuntur: sed deinde reditus omnes, qua publicos, qua privatos significat, neglecta ratione etymologica. De vectigalibus pop. Rom. est libellus elegans Pet. Burmanni. V. *Ernesti Clav.*

4) Hoc nomine et reges continentur. *Infra*: *regno expulsus est Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus*, Manut.

5) Altero Ponti, altero Armeniae rege, et Mithridatis genero. *Hotom.*

6) *Relictus*: invidiose hoc in Lucullum, qui Mithridatem persecutus a militibus desertus est: qui cum nihil propius esset, quam ut rex caperetur, in ipsius pecunias

tus 7) occasionem sibi ad occupandam
Asiam 8) oblatam esse arbitratur. Equitibus
Romanis, 9) honestissimis viris, afferuntur
ex Asia quotidie litterae, quorum magnae
res aguntur, 10) in vestris vectigalibus exer-
cendis occupatae: 11) qui ad me, pro ne-
cessitudine, 12) quae mihi est cum illo or-
dine, causam 13) reipublicae periculaque re-
rum

cunias sese, relicto rege, proiecerunt. Ita rex in Ar-
meniam ad generum Tigranem profugit. Eam fugam
Cicero Luculli culpae atque avaritiae tacite adscribit.
Hot.

7) *Lacessitus*: Tigranes, quocum Lucullus aliquoties
confluxerat. *Occasionem*: Lucullo discedente. *Cellar.*
Manut.

8) Quam annos ab hinc CXXVI. L. Scipio, Africani
frater, victo Antiocho rege, sub imperium populi
Romani subiunxerat, unde *Asiaticus* dictus est. *Hot.*
Ceterum Asiae vectigalia erant certissima et maxima.

9) Publicanis, qui Asiae vectigalia de censoribus con-
duxerant.

10) Periclitantur, in discrimen adducuntur. *Magnae*
res i. e. magnae opes, magnae facultates.

11) Id est: in iis rebus, unde lucrum speratur, collo-
catae et impensae. *Occupare* enim eleganter dicitur
de pecunia, quae aut sub usuris collocatur, aut pro
qua metallifodinae, agri etc. emuntur, ut aliquid
lucri et redditus habeamus. *Exercere vectigalia* est,
decumas ab oratoribus exigere, scripturam a pecua-
riis, portorium a mercatoribus. *Manut. et Hot.*

12) Plus est, quam amicitia. *Necessitudinis* autem
causa, quod Cicero ex equestri ordine publicano pa-
tre natus est.

13) *Causa* h. l. Ciceroni est utilitas, commodum; no-
stris hominibus nunc barbare dicitur *interesse reipu-
blicae.*
Cicer. Orat. Pars II. B



rum suarum detulerant: 14) Bithyniae, 15) quae nunc vestra provincia est, vicos exustos esse complures: regnum Ariobarzannis, 16) quod finitimum est vestris vectigalibus, 17) totum esse in hostium potestate: Lucillum, magnis rebus gestis, ab eo bello discedere: huic qui successerit, 18) non satis esse

blicae. Cum priuata causa autem publicam coniungit, ne de solis equitibus, ordine sibi coniunctissimo, laborare videatur. *Graev. et Manut.*

14) *Desert* rem, qui deliberandi causa, vel auxilii petendi causa, ad alios de re aliqua refert.

15) Bithynia, regio Asiae minoris, in ora Pontica, Nicomedis testamento, populum Romanum instituentis heredem sui regni, provincia Romana facta est. Nicomedes enim Philopater, qui patre Prusia necato Bithyniae regnum occupauerat, regno a Mithridate pulsus a Sulla restitutus est. Hac de causa paucis post annis, Octavio et Cotta Coss. moriens populum Romanum regni sui heredem fecit, regnumque eius in provinciae formam redactum est. Vell. Pat. lib. II. c. 4. Regiones autem extra Italiam, quae vel vi armorum, vel iure hereditatis, in Romanorum potestatem redactae populi Rom. imperio parerent, et ad quas administrandas magistratus mitterentur, qui in iis ius dicerent, *provinciae* dicebantur. *Hot.*

16) Cappadociam, Asiae regionem, ex qua ipsum bis antea pulsum et bis a Romanis restitutum Mithridates, Lucullo a Senatu revocato, tertio deiecit, et tandem eo regno potitus est, dum Pompeius ipso et Tigriane devictis, Ariobarzannem tertio loco restituit. *Idem.*

17) Itaque celeritatem auxilii res desiderat. *Manut.*

18) Alii: *succurrerit.* Successerat autem M. Acilius Glabrio superioris anni consul. Nam ei Bithynia pro-

esse paratum ad tantum bellum administrandum: unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expecti: 19) eundem hunc unum ab hostibus metui, praeterea neminem.

Causa quae sit, videtis: 20) nunc quid agendum sit, considerate. Primum mihi videtur de genere belli: deinde de magnitudine: tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est belli eiusmodi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare ad persequendi 21) studium debeat. Agitur enim populi Romani gloria, quae vobis a maioribus, cum magna in rebus omnibus,

B 2

tum

provincia cum bello Mithridatico contigit. De Glabrione infra §. 26. *Idem.*

19) *Grævius* putat excidisse nomen *Pompeii* librario- rum culpa. Sed tamen non est necessaria correctio Cicero enim Pompeium putabat nondum esse nominandum, etsi eum intelligi sciebat ab omnibus suis auditoribus. Eodem modo infra Cap. 5. §. 13. ait, *unum virum esse* etc. Pompeium item significat, sed non nominat.

20) Quae res agatur, quo in periculo vestra vectigalia sint, quis ad bellum imperator deposcatur, iam videtis. *Causa* ergo i. q. quaestio, consultatio. Et, *videtis*, dixit, quasi re ante oculos proposita; quam sententiam, *intelligitis*, aut, *cognoscitis*, non exprimebat. *Manut.*

21) *Persequendi* nimirum belli, h. e. non deserendi, sed urgendi.

22) Quo

tum summa in re militari tradita est: 22) agitur salus sociorum atque amicorum, pro qua multa maiores vestri magna et gravia bella gesserunt: aguntur certissima 23) populi Romani vectigalia et maxima, quibus amissis, et pacis ornamenta, et subsidia 24) belli requiretis: aguntur bona multorum civium, 25) quibus est a vobis et ipsorum et reipublicae causa consulendum. Et quoniam semper appetentes gloriae praeter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda vobis est illa macula, Mithridatico bello superiore 1) suscepta:

22) Quo turpius videtur, eam amittere. V. Cap. 5. §. 12. *Idem.* Summa in re militari: Florus enim Lib. I. Cap. 1. *Ita late per orbem terrarum populus Rom. arma circumtulit, ut qui res eius legant, non unius populi, sed generis humani facta discant.*

23) Vectigalia certa sunt, quae stipendiaria dicuntur, ut Hispanis et plerisque Poenorum impositum, quasi praemium victoriae, ac belli poena. Certum hoc erat, et in omnes annos impositum. Qui vectigalia haec quotannis solvebant, *populi stipendiarii* dicebantur.

24) Fructibus enim vectigalium et pax ornatur, et bella sustentantur. *Manut.* *Requiretis* i. e. non habebitis, amissa erunt.

25) Equitum Romanorum, quorum res magnas in vectigalibus exercendis occupatas esse dixit. *Idem.*

1) Quod instauratum est Q. Pompeio, L. Sulla Coss. Nam initio eius belli Mithridates Q. Oppium, Praetorem cepit, et in vincula coniecit: Manium Aquillium a fino infidentem Pergamum usque deduci iussit, praecedente praecone, et proclamante, adesse Manium Aquillum: eique ut Pergamum venit, aurum lique-

pta: quae penitus iam infedit atque inveteravit in populi Romani nomine: quod is, 2) qui uno die, tota Asia, tot in civitatibus, uno nuncio, atque una litterarum significatione cives Romanos necandos trucidandosque denotavit, 3) non modo adhuc poenam nullam, suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam tertium ac vicefimum regnat: et ita regnat, 4) ut se non Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit, sed emergere 5) e patrio regno, atque in

liquefactum in os infundi iussit: praefectis deinde Asiae universis mandavit, ut intra diem trigesimum Romanos et Italos omnes ad unum, viros, mulieres, pueros, qui in Asia essent, trucidarent, et necatos non sepelirent, sed eorum corpora feris obicerent: ut auctor est Appianus. Occisa autem civium Romanorum quinquaginta millia Plutarchus in vita Sullae scribit; Valer. Maximus octoginta millia. *Hotom.*

- 2) Animadverte hic amplificationem per circumstantias. Nam in singulis prope vocibus aliquid energiae est. 1) *uno die* 2) *tota Asia*: ea sc. quae ipsi parebat: nam pars melior, quae infra *lux Asiae* vocatur, populi Rom. erat. 3) *multis in civitatibus*, 4) *uno nuncio*. 5) *una litterarum significatione*. 6) *cives Rom.* 7) *necavit*. 8) *trucidavit*. 9) *impunitas*. 10) *regnat*. 11) *emergit*.
- 3) *Denotavit* i. e. significavit. V. Orat. I. in Catil. Cap. I. §. 2. *Suscepit* i. e. pertulit.
- 4) *Regnat, et ita regnat*: figura exornandae simul et amplificandae orationis; ut infra Cap. 4. §. 10. et Cap. 12. §. 33. *Manut.*
- 5) Translatio a sole; quam metaphoram servat deinde: *in Asiae luce*.

in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiae luce
 5) versari. Etenim adhuc ita vestri cum illo
 rege contenderunt imperatores, 6) ut ab illo
 insignia 7) victoriae, non victoriam reporta-
 rent. Triumphavit L. Sulla, 8) triumphavit
 L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri,
 et summi imperatores: sed ita triumpharunt,
 ut ille pulsus superatusque regnaret. Verum-
 tamen illis imperatoribus laus est tribuenda,
 quod egerunt: 9) venia danda, quod reli-
 4) querunt: propterea quod ab eo bello Sullam
 in Italiam respública, 10) Murenam Sulla re-
 vocavit. 11) Mithridates autem omne reli-
 quum

5) Duo, Sulla, eiusque legatus Murena. *Manut.*

7) Id est, triumphos. Ita ipse Cicero explicat: *trium-
 phavit.*

8) Appianus tria facit Mithridatica bella, 1) quo Rom.
 duces capti, Itali in Asia occisi sunt, et hoc Sulla
 composuit; 2) quod Murena cum Mithridate, tribus
 annis gessit; 3) quo Lucullus regem fregit, Pom-
 peius debellavit.

9) *Quod egerunt, quod reliquerunt:* Concinnitatis
 causa paulo durius dicit haec: pro in eo, quod:
 sine, quantum ad illud attinet, quod etc. Pro ege-
 runt Heumannus legit *fregerunt.* Non male.

10) Oppressa a Mario et Cinna et Carbone, qui nobi-
 litatem, quae in urbe manserat, fere totam trucidarunt,
 Sulla reipublicae hoste a Senatu iudicato. Pa-
 cem igitur cum Mithridate fecit, ita ut his cederet
 provinciis, Asia, Bithynia, Cappadocia. *Hot.*

11) Revocavit eum Sulla propter pacem, quam ipse cum
 Mithridate fecerat. Murena enim in Asia legatus a
 Sulla relictus cum duabus legionibus, primum levi-
 bus quibusdam proeliis triumpho cupiditate incensus,
 deinde

quum tempus, non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui posteaquam maximas aedificasset ornassetque 1) classes, exercitusque permagnos, quibuscunque ex gentibus potuisset, comparasset, et se Bosporanis, 2) finitimis suis, bellum inferre simulasset: 3) usque in Hispaniam 4) legatos 5) Ecbatanis 6) misit ad eos duces,

deinde gravioribus regem laessere non desistebat, usque quaedum per A. Gabinium a L. Sulla revocatus est: Indignum enim Sulla arbitrabatur, Mithridatem, cum quo foedus populo Rom. erat, oppugnari. *Idem.*

- 1) Instruxisset rebus omnibus necessariis. *Omne reliquum tempus* sc. post Murenæ discessum. *Non ad oblivionem* etc. Sensus est: Non modo, a duobus imperatoribus victum se esse, oblitus non est, sed etiam, de victoria cogitans, totum se ad novum bellum contulit. *Manut.*
- 2) Bosporani sunt populi Asiatici ad Bosporum, fretum quod Propontidem et Pontum Euxinum committit, a quo dicuntur. Hos Mithridates devicit, Sulla absente, iisque Macharem, filium suum, regem dedit.
- 3) Vere quidem eis bellum intulit, sed *simulasset* dixit, quia Mithridates nihil se praeter Bosporanum bellum cogitare simulasset, cum tamen ad Sertorium in Hispaniam legatos mitteret. *Manut.*
- 4) Ad Sertorium, Marianarum partium ducem, bellum contra rempublicam gerentem. *Idem.*
- 5) L. Magium et L. Fannium, qui a Mariano exercitu ad Mithridatem profugerant. *Idem.*
- 6) *Ecbatana* Mediae caput, quod Tigranes, rex Armeniae, tenebat. Armenii enim Medis aliquot provincias eripuerant, atque cum his etiam Ecbatana, totius Mediae caput. *Gruterus. Ernesti Clav.*

duces, 7) quibuscum tum bellum gerebamus: ut, cum duobus in locis disiunctissimis 8) maximeque diversis, uno consilio a binis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione districti, 10) de imperio dimicaretis. 9) Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianae 10) atque Hispaniensis, quae multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii divino consilio ac singulari virtute depulsum est: in altera parte ita res a L. Lucullo, summo viro, est administrata, ut initia illa gestarum rerum 11) magna atque praeclara, non felicitati eius, sed

7) Sertorium sc. aliosque, quos Sertorius senatum appellabat.

8) Id est: remotissimis. Pro Marc. Cap. 2. Loca illa disiunctissima fuere Asia, ubi cum Mithridate, et Hispania, ubi cum Sertorio bellum erat Romanis.

9) *De imperio dimicare*, dicitur, cum bellum est non de aliqua regionis parte, sed uter alteri pareat, seruiat. *Ancipiti* ante dictum est, quoniam utrinque bellum inferebatur, ab Asia scilicet, et Hispania. *Hotom.*

10) Sertorius, dux partium Marianarum, a L. Sulla victore proscriptus, in ulteriore Hispania ingens bellum adversus populum Romanum excitavit, plurimasque civitates in potestatem suam redegit. Octavo ducatus sui anno Cn. Pompeio, bellum ei inferenti, a M. Antonio et M. Perpenna aliisque coniuratis proditus et in convivio interfectus est. Florus, Appianus, Plutarchus.

11) Mithridatem enim proelio fudit in Ponto, ut ille in extremam Armeniam profugerit ad Tigranem: quorum utrumque postea profligavit.

12) Quod

fed virtuti; hæc autem extrema, 12) quæ nuper acciderunt, non culpæ, fed fortunæ tribuenda effe videantur. 13) Sed de Lucullo dicam alio loco, 14) et ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione noſtra, neque falſa afficta effe videatur. De 15) 11
 veſtri imperii dignitate atque gloria, quoniam is eſt exorſus orationis meæ, videte, quem vobis animum fuſcipiendum putetis. Maiores veſtri ſæpe, mercatoribus ac navi- 5
 culariis 1) iniurioſius tractatis, bella geſſerunt: vos, tot civium Romanorum millibus,

12) Quod Mithridates non modo regnum ſuum Pontum, diſcedente Lucullo, recuperaverit, verum etiam in populi Rom. provinciam irruerit, victisque una et altera pugna Romanis copiis, quibus legati a Lucullo relicti præerant, maguam Aſiæ partem occupavit; quæ de re infra *Manut.*

13) Non enim adfuit Lucullus, cum accepta calamitas eſt, et excuſatur infra Cap. §. 26, *Idem.* Scholiaſtes concife et concinne dicit: *ubi vicit, vicit ut vir fortis; ubi perdidit, perdidit ut infelix.* Ceterum notetur numerus *eſſe videatur*, qui in fine periodi Ciceroni ſæpe placuit.

14) In hac tamen oratione, Cap. 8.

15) De ſæpiſſime uſurpatur pro quod attinet ad. Cic. in epp. ad Attic. Lib. X. ep. 1. — *de pace idem ſentio, quod tu: ſimulationem eſſe apertam* — V. Schwarz. ad Hor. Turſell.

1) *Navicularius* eſt dominus navis, qui hominibus mercibusque traiciendis lucrum quaerit. Idem *naviculator.* *Mercatores* ſunt mercium domini, *naviculatores* vectores mercium. Exempla adducuntur a minore ad maius,

bus, 2) uno nuncio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbius, 3) Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, extinctum esse voluerunt: vos eum regem inultum esse patiimini, qui legatum populi Romani consularem, 4) vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem civium Romanorum imminu.

2) Centum quinquaginta millibus. Cap. 3. n. 1.

3) Sordes in eos de tectis iniectas, ait Strabo, pulsatos, Livius et Asconius. Cicero neutrum dicit, sed, *appellati superbius*, ut oratorie rem minuat, quo magis populus Rom. in Mithridatem incendatur, qui legatum consularem vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necaverat. Legatorum autem ut tribunorum plebis sacrosancta corpora putabantur. *Manut.* Videatur et Florus, Lib. II. Cap. 16. Cicero alibi loci opportunitatem et situs commoditatem inter causas numerat, cur Corinthus deleta sit. In secunda orat. contra Rullum Cap. 32, sic: *Corinthi vestigium vix relictum est. Erat enim posita in angustiis atque in faucibus Graeciae, sic, ut terra claustra locorum teneret, et duo maria maxime diversa paene coniungeret, cum pertenui discrimine separarentur.* Corinthus autem, urbs Achaiae, a Mummio deleta est.

4) Manium Aquillium, Marii in quinto consulatu collegam. Cap. 3. Consul fuit a. V. 625. missus a. V. 654. Mirum est, virum hunc triginta prope post consulatum annis esse legatum ad regem Ponti: nisi quia fuit avarus, et spes lucri ostendebatur ex illa legatione, propterea eam suscepit,

5) Quod

minutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum 5) illi persecuti sunt: vos legatum, omni supplicio interfectum, relinquetis? 6) Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere; sic vobis turpissimum sit, illud, quod accepistis, tueri et conservare non posse. Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes rex, socius 7) populi Romani atque amicus: imminent duo reges toti Asiae, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis: civitates autem omnes, cuncta Asia atque Graecia vestrum auxilium expectare,

5) Quod legati superbius erant appellati. *Manut.*

6) Id est: non persequemini, non ulciscemini? Editiones nonnullae habent *inultum* ante *relinquetis*, quod a melioribus codicibus abest, ut testis est Gruterus. Ex praecedentibus versibus videtur huc retractum et iteratum esse. Alias dicitur vulgo *inultum relinquere*, non *relinquere* simpliciter. At h. l. commode et eleganter *relinquere* simpliciter dicitur, quia respondet τὸν *persequi*, quae proprie opponuntur. Alias etiam in tali sensu *persequi bello* dicitur: hic nude verbum posuit. Similiter ergo *relinquere* dixit.

7) Nominis huius honorem non nisi pro magnis erga se regum meritis populus Rom. dare consuevit. Liv. XXXI. Cap. 11. In signum societatis mittere solitus erat coronam auream, et pateram, et sellam curulem, et scipionem eburneum, togam pictam etc.

spectare, 8) propter periculi magnitudinem, coguntur: imperatorem a vobis certum de-
 poscere, cum praesertim vos alium 9) mise-
 ritis, neque audent, neque id se facere sum-
 13)mo sine periculo 10) posse arbitrantur. Vi-
 dent et sentiunt hoc idem, quod vos, 11)
 unum virum esse, in quo summa sint om-
 nia, 12) et eum prope esse, 13) (quo etiam
 carent aegrius:) cuius adventu ipso atque
 nomine, tametsi ille ad maritimum bellum
 venerit, tamen impetus hostium oppressos
 esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quo-
 niam libere loqui non licet, 14) tacite ro-
 gant, ut se quoque sicut ceterarum provin-
 ciarum

8) Cum ipsae suis viribus hosti occurrere potentissimo non audeant. *Manut.*

9) Acilium Glabrionem, superioris anni consulem.

10) Ne Glabrionem offendant, qui cum summo impe-
 rio provinciam administrabat. *Hot.*

11) Callide: ne quod alii vident ac sentiunt, populus
 Rom. ignorare videatur. *Manut. Unum virum esse*
sc. Pompeium.

12) Scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas,
 quae imperatorem faciunt. *Idem.*

13) In bello maritimo adversus praedones et piratas,
 quos toto mari mediterraneo persequabatur, et intra
 quadraginta dies mari expulit. Deduxerat autem mi-
 lites et legiones in Asiam in hibernia. V. Cap. 13.
 §. 39. Cap. 15. §. 45. *Idem. Quo aegrius pro et*
eo aegrius. Quo enim hic non est ablativus prono-
minis, sed adverbium. Ita in sequentibus hoc magis
positum est pro eo magis.

14) Metu Proconsulis Acilii Glabrionis. *Idem.*

15) Qui-

ciarum socios 15) dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis: atque hoc etiam magis, 16) quam ceteros, quod eiusmodi in provinciam homines cum imperio 17) mittimus, ut, etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. 18) Hunc audiebant antea, 19) nunc praesentem vident, tanta temperantia, 20) tanta mansuetudine, tanta humanitate, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoretur. Quare, si 6 propter socios, 1) nulla ipsi iniuria laceffiti, 14 maiores vestri cum Antiocho, 2) cum Philippo,

15) Quibus opem iussu vestro Pompeius tulit. *Idem.*

16) Sc. dignos existimetis.

17) Sc. militari, quod habent ii, quibus potestas belli gerendi data est. Hoc imperium, qui habent, dicuntur esse *cum imperio*. *Cum potestate esse dicebatur is, qui a populo alicui negotio praefectus erat.*
V. *Ernesti Clav.*

18) Ob rapinas.

19) Cum in Italia, Africa, Gallia, Hispania bellum gereret. *Manut.*

20) Hanc virtutem primam nominat, ut opponat aliorum libidini et rapacitati, quorum adventum in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differre, proxime dixit. *Idem.* Infra pro *commoratur* rectius legitur *commoretur*. Coniunctivo enim opus est.

1) Argumentum a minore ad maius.

2) Rege Syriae, qui cum Aetolis societate facta Graeciae civitates foederatas bello vexabat, et Lyfina-chiam urbem in litore Thracio sitam repetebat. Flor.
lib. II. Cap. 8. *Hoc.*

3) Ma-

lippo, 3) cum Aetolis 4) cum Poenis 5) bella gesserunt: quanto vos studio convenit, iniuriis provocatos, sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere; praesertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur? Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta 6) sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus: 7) Asia vero tam opima est ac fertilis, ut et ubertate agrorum, 8) et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, 9) et multi-

3) Macedoniae rege. Huic populus Romanus Glabrio-
ne duce bellum intulit, quod Athenas sociorum ur-
bem obsideret. Flor. lib. II. Cap. 7. *Idem.*

4) *Aetoli* nomen habent ab Aetolia, quae est pars
Graeciae inter Acarnaniam et Locrin et sinum Corin-
thium. Flor. lib. II. Cap. 9.

5) Poenis populus Rom. Appio Claudio duce primum
bellum fecit propter civitatem Messanam foederatam,
quam illi, societate cum Hierone Syracusarum tyranno
facta, oppugnabant. *Hot.* Temporibus autem ratio
postulare videbatur, prius ut Philippus quam Antio-
chus nominaretur. Ordo temporis ergo ab oratore
non servatus est.

6) Id est, tam parva, exigua. Tantus interdum mi-
nuit potius, quam auget, poniturque pro *tantillus*.
V. Schwarz. ad Hor. *Tursell.*

7) Ut vix sufficient.

8) Ex quibus *decumae* exigebantur. Ager, e quo de-
cumae dantur, dicitur *ager decumanus*. *Hot.*

9) Ex quibus secundum vectigalis genus fuit collectum,
scriptura scilicet, quod vectigal redibat e pascuis:
nostris *Trist- und Weidegeld*. Vectigal hoc *scriptu-
ra* propterea dicitur, quia, qui in pascuis publicis pa-
scere

multitudine earum rerum, quae exportantur, 10) facile 11) omnibus terris antecellat. Itaque haec vobis provincia, Quirites, si ad belli utilitatem et pacis dignitatem retinere vultis, 12) non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. Nam ce-¹⁵teris in rebus, cum venit calamitas, 13) tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agri-

scere vellent, nomina sua deferebant et subscribebant apud eum, cui eius rei cura data erat, hoc est, apud publicanum: et in singula pecudum capita certam pecuniam solvebant publicanis pro pastione. *Cellar., et Ernesti Clav.*

10) Pro mercibus, quae e provinciis exportabantur, in portu erat solvendum vectigal, quod *portorium* dictum est. Omnia haec vectigalia Censores publicanis vendere constituta auctione solebant, qui quantum mancipis redemerant, tantum quaestoribus urbanis ad aerarium populi Rom. repraesentabant. *Hotom.*

11) *Facile* h. l. ut saepius dicitur pro *sine dubio*. Vid. *Horat. Turfell.*

12) *Retinere vultis*: ita secundum Graevium est legendum. Et sensus est commodus, hic nempe: si retinere vultis provinciam hanc, ex qua tempore belli tanta percipitis commoda, eas res, quae ad bellum gerendum bellique sumtus sufferendos sunt utiles, et quae vobis tempore pacis est ornamento.

13) *Calamitas* est proprie tempestas frugibus pernicio-
sa. Translatio ergo a tempestate, qua calami ster-
nuntur,

14) Id

agricultura deseritur, mercatorum navigatio
 conquiet. Ita neque ex portu, neque ex
 decumis, neque ex scriptura vectigal conser-
 vari potest. Quare saepe totius anni fructus
 uno rumore periculi, atque uno belli terro-
 16) re, amittitur. Quo tandem animo esse exi-
 stimatis aut eos, qui vectigalia nobis penfi-
 tant, 14) aut eos, qui exercent 15) atque
 exigunt, 16) cum duo reges cum maximis
 copiis prope adsint? cum una excursio equi-
 tatus perbreui tempore totius anni vectigal
 auferre possit? cum publicani familias 17)
 maximas, quas in salinis habent, 18) quas
 in agris, quas in portubus atque custodiis,
 magno

14) Id est, solvunt, scilicet vel pro mercium exporta-
 tione, vel pro pascuis, vel pro frumento, vino,
 oleo etc.

15) V. Cap. 2. §. 5. n. 11. *Exercent* ii, qui publi-
 cani sunt, qui pascua et silvas redemerunt.

16) Sc. a provincialibus. Exigunt autem vectigalia
 operae publicanorum, qui vel decumas, vel scriptu-
 ram, vel portoria a populo redemerant; tales erant
 e. g. *portitores*, qui in portu sedebant, merces excu-
 tiebant, et portorium exigebant.

17) *Familiae* sunt servi, operae.

18) Sc. ad exigenda vectigalia. *Pro in salinis* alii vel
in salictis i. e. pascuis, quae plerumque salicibus
 confita sunt, vel in *salibus* legi voluerunt: quia in
 Asia vectigal e salinis fuisse non traditur. Huc acce-
 dit illa ratio, quod hic tertium illud solenne genus
 vectigalium e re pecuaria abest: cum supra diserte
 illa tria, decumae, portorium, scriptura commemo-
 rentur: item pecora, agricultura, navigatio.

magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi 19) sunt, conservaveritis, non solum (ut antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos? Ac⁷ ne illud quidem vobis negligendum est,¹⁷ (quod mihi ego extremum proposueram, cum essem de belligenere dicturus,) 1) quod ad multorum bona civium Romanorum pertinet: quorum vobis, pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam et publicani, homines et honestissimi et ornatissimi, 2) suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt: quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.

19) *Fructuosi sunt* i. e. fructum vobis praestant. Graevius ex uno alteroque codice in textum recepit *fructui*, quem imitari Ernesti hic dubitavit, quod latini in oratione elegante et concinna, qualis est haec Maniliana, dativis his non libenter utuntur.

1) *Quod mihi-dicturus*: haec includi oportet signis parentheseos ad evitandam obscuritatem. *Heum.*

2) *Honestissimi et ornatissimi*: primum ad existimationem, alterum ad rem familiarem refertur. *Nam et publicani*: requiritur alterum *et*, ut *et et* significet *tum, tum*; sed eius loco subicitur *deinde*. *Rationes* pro facultatibus et rebus omnibus ad quaestum pertinentibus dictum putat *Graevius*; *ut de consuleri, prospicere, providere suis rationibus*, pro suis commodis, apud Ciceronem frequentissime. *Rationes ergo et copias* infra dicit *res et fortunas*.

bent. 3) Etenim si vectigalia, nervos esse reipublicae, semper duximus: eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. Deinde ceteris ex ordinibus 4) homines gnavi et industrii 5) partim ipsi in Asia negotiantur, 6) quibus vos absentibus consulere debetis: partim suas et suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. 7) Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere: sapientiae, videre, multorum civium calamitatem a re-
publica

3) Nam tanti vectigalia vestra conducunt, ut omnes eorum fortunae in vectigalibus vestris collocate sint.

4) Intellige tum senatus, tum plebis. Nam negotiatio maxime ab equitibus fiebat, sed etiam a locupletioribus e plebe, qui in regionem, quae in provinciae formam erat redacta, conferebant patrimonium suum, et aut arabant, aut pascebant, aut negotiabantur.

5) *Industrius* est, qui semper aliquid agit; *gnavus*, qui strenue negotia exsequitur, constanti animo, contra omnes difficultates. Ille assiduitate, hic fortitudine et tolerantia commendatur.

6) Qui vel pecunias mutuas dant provincialibus, ac foenus exercent, vel fructibus praediorum percipiendis et vendendis rem faciunt. V. *Ernesti Clav.* in *negotiator.*

7) Non tam hic de publicanis loquitur Cicero, de quibus in praecedentibus egerat, quam de aliorum civium Romanorum facultatibus, qui ibi et amplas habuerunt possessiones, ut solebant in provinciis latifundia habere, et pecuniata ibi foenori posuerant.
Gracv.

publica seiunctam esse non posse. Etenim illud primum parvi refert, 8) vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare. Neque enim iisdem redimendi facultas erit, propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem. Deinde, quod nos eadem 19 Asia, atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit; id quidem certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tum, cum in Asia res magnas permulti amiserant, scimus, Romae, solutione impedita, 9) fidem concidisse. 10) Non enim possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere,

C 2

ut

- 8) Occurrit tacitae cogitationi. Posset enim aliquis dicere: si vectigalia nunc amittentur, victoria tamen postea recuperabuntur. Parum, inquit, hoc refert ad fructus reipublicae. Nam iidem publicani non poterunt ista vectigalia redimere propter iacturam rei familiaris, quam fecerunt, alii non audebunt formidine calamitatum. *Manut et Graev.* Postea: Humanus legendum censet *posse* et neminem hoc vidisse miratur.
- 9) Nam negotiantibus in Asia occisis rationes omnium, qui commune quid cum iis habebant, aut quorum id intererat, mire conturbatae sunt, uti id videmus, si vel pauci mercatores non soluendo sint. Mithridatis autem imperio CL. civium Romi. millia occisa sunt.
- 10) His temporibus, quibus erat opus pecunia, ex argentariorum mensis sumere solebant, non modo, qui suas pecunias apud eos collocarant; verum etiam alii, qui modo soluendo esse viderentur. *Fides: der Credit.* *Hot.*

11) Ibi

ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete rempublicam, et mihi credite, id quod ipsi videtis. Haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro 11) versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis et cohaeret. 12) Ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu concidant. Quare videte, num dubitandum vobis sit, omnino studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunae plurimorum civium cum republica defendantur. 13)

8 Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici: belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum: non esse ita magnum, ut sit peritescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte vobis, 1) quae diligentissime pro-

11) Ibi enim argentarii seu mensarii suas tabernas habebant. Liv. lib. XXVI. Cap. 11. Unde *circumforaneum aes* Cicero appellat, aes alienum sub foenore sumtum.

12) Societate negotiatorum. *Ruere illa* i. e. pecuniae illae Asiaticae; *haec* sc. romana.

13) Conclusio primae partis per enumerationem partium, qua renovatur memoria auditorum, iique attentius magis redduntur. Vix alia oratio partibus suis evidentius constat, quam haec: nam habita est ad populum. *Defendantur*: ita ratio latinis postulat, pro *defendantur*, quod est in vulgatis.

1) Eieci cum Lambino praepositionem *a*, quae in vulgatis est ante *vobis*. Nam *duriusculum* est, sive ad

providenda sunt, contemnenda esse videantur. Atque, ut omnes intelligant, me L. Lucullo 2) tantum impertire laudis, quantum forti viro, et sapienti homini, et magno imperatori debeat: dico, eius adventu maximas 3) Mithridati copias, 4) omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse; urbemque Asiae clarissimam, nobisque amicissimam, Cyzicenum, 5) obsessam esse ab ipso rege
maxima

providenda referatur, sive ad contemnenda. Nuspiam reperitur: hoc a me contemnendum videtur.

- 2) Eundem Lucillum laudat pro Archia, Cap. 9. §. 21. *Sapienti*: ita reposuit Graev. e Miss. Colon. et Erfurt. quod est ad concinnitatem aptius. Vulgata lectio est *sapientissimo*, quam retinuit Ernesti sic dixisse Ciceronem accommodate ad populi et vulgarem de Lucullo opinionem, quae ei doctrinam et sapientiam summam tribuebat, non parvam fortitudinem et scientiam rei militaris.
- 3) Secundum Plutarchum peditum centum et viginti millia, equitum decem et sex millia. *Eius adventu*: bei seiner Ankunft.
- 4) *Mithridati copias*: ita habet Mf. Verd. pro vulgato: *Mithridatis copias*. Rectius videtur dativus: sensus fit melior: Mithridati maximae copiae fuisse, et eae, in quo caput rei est, omnibus rebus instructae. Laudat hic oratorie hostem, ut maior fiat Lucullus, qui talem superavit.
- 5) *Cyzicum* et *Cyzicus*, urbs Mysiae minoris, ad Propontidem, s. Hellespontum, quod est fretum Europam ab Asia dividens. *Cyzicus*. Hellespontum metropolis in bello Mithridatico nobili obsidione inclaruit, qua liberata fuit a L. Lucullo. In huius liberationis memoriam Cyziceni ludos singulis annis celebrarunt,
quos

maxima multitudine, et oppugnatam vehementissime, quam L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio summis obsidionis periculis liberavit; ab eodem imperatore classem magnam 6) et ornatam, quae ducibus Sertorianis 7) ad Italiam studio inflammato raperetur, 8) superatam esse atque depresso: 9) magnas hostium praeterea copias multis proeliis esse deletas; patefactumque nostris legionibus esse Pontum, 10) qui ante populo Romano ex omni aditu clausus esset: 11) Sinopen

quos vocaverunt *Λυκούλλειοι*. V. pro Archia Cap. 9. §. 21.

- 6) Quinquaginta navium, quam Lucullus apud Tenedum superavit ac depresso.
- 7) A Sertorio ad Mithridatem missis. Duces hos Appianus nominat Varum, Sertorii legatum, cui Alexandrum quendam Paphlagonium, et Dionysium Eunuchum adiunxerat; Plutarchus autem Marium nominat Sertorii legatum, quem in eo bello captum fuisse testatur. *Hot.*
- 8) Id est: magna odio celeriter duceretur, rapide et summo impetu ferretur, infensissimis ducum animis et necendi cupiditate incensissimis.
- 9) Mari submersam et obrutam, versenkt.
- 10) Fugato rege et in Armeniam profecto, Lucullus maritimo itinere in Pontum profectus, omnes fere urbes occupavit; in his Amastrinam et Heracleam, Sinopen et Amisum. *Hot.*
- 11) *Aditus* significat loca, qua adiri provinciæ et regiones possunt commode: *Pæsse*. Pro Archia Cap. 9. dixit: *Pontum, et regis quondam opibus, et ipsa natura regionis, vallarum.*

pen atque Amisum, 12) quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata, atque referta; ceterasque urbes Ponti et Cappadociae 13) permultas, uno aditu atque adventu esse captas: regem spoliatum regno patrio atque avito, 14) ad alios se reges 15) atque alias gentes supplicem contulisse: atque haec omnia, salvis populi Romani fociis, atque integris vectigalibus, esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis: atque ita fore puto, 16) ut hoc vos intelligatis, a nullo istorum,

12) *Strope et Amisus* opinae sunt civitates Ponti. Iestas civitates expugnavit Lucullus et cepit, et quamvis tales erant, tamen deletae sunt a Lucullo.

13) Quam Mithridates pulso Nicomede occupavit.

14) Mithridates primus ex regis Persarum genere fuit. Is cum Antigono, rege Syriae, se iunxit. Antigonus per quietem visus est, agrum se auro ferere, et Mithridatem, id metentem, in Pontum asportare. Quare Antigonus eum necare statuit: sed Mithridates fugiens locum quendam Cappadociae munivit, quo vicinae gentes confluentes validum regnum effecere, et servarunt a Mithridate illo primo in hunc, qui sextus fuit.

15) Ad generum Tigranem, Armeniae regem et mox ad Parthorum regem.

16) *Ita fore puto*: nihil habet ad hunc locum Ernesti, sed tacite in textum recepit lectionem Gruteri, quae est: *atque ita, Quiritos*. Secutus est Gruterum et Graevius. Lambinus testatur, in omnibus libris et impressis et manuscriptis, uno excepto, esse *ita fore puto*, quod secundum Heumannii coniecturam ex *ita fore puto* factum est. Heumannii correctio valde placet,

rum, qui huic obtrebant 17) legi atque causae, L. Lucillum similiter 18) ex hoc loco esse laudatum. 19) Requiretur fortasse nunc, 22) quemadmodum, cum haec ita sint, reliquum possit esse magnum bellum. Cognoscite, Quirites; non enim hoc sine causa quaeri videtur. Primum ex suo regno hic Mithridates profugit, ut eodem Ponto Medea illa 1) quondam profugisse dicitur: quam praedicant in fuga, fratris sui membra in iis locis, qua se

cet, eamque certam esse iudico. Ergo in textum recipere nullus dubitavi.

17) Sive, qui dissuadent hanc legem Manilii de mittendo Pompeio. Catulum et Hortensium praecipue significat, Lucullo fauentes: cuius gloriam Pompeius, confecto Mithridatico bello, imminuit. *Manut.*

18) Ut intelligatur, suadere me Maniliam legem reipublicae causa, non, quo Luculli gloriae, partae maximis rebus gestis, detractum quidquam velim. *Idem.*

19) Occasione legis a Manilio promulgatae, Lucillum ex rostris optimates, duo potissimum iam nominati, laudaverant, legem vero dissuaserant. *Idem.*

1) Iason missus est, aureum vellus afferre. Hunc Medea adamavit et eum adiuvit, deinde redeuntem ad patriam secuta est. Aetes, pater eius, Colchorum rex, ubi cognovit filiae suae fugam, illius rapinam persecutus est. Illa fugiens Absyrtum, fratrem suum, occidit, et membra eius per iter dispersit. Cum igitur Aetes illos persequeretur, vidit filium suum sparsum in via, et coepit eum colligere. Et cum colligit ita, per funus moras ad fugam lucrata est Medea. *Scholiasies.* Cic. de nat. Deor. lib. III. Cap. 26. ex veteri poeta differens. Ovid. lib. III. Trist. eleg. 9.

se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, moerorque patrius, celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens, maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium, quas et a maioribus acceperat, et ipse bello superiore ex tota Asia direptas, in suum regnum congefserat, in Ponto omnem reliquit. 2) Haec dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illum 3) in persequendi studio moeror, hos laetitia retardavit. Hunc in illo timore et fuga Tigranes, rex Armenius, excepit, diffidentemque rebus suis confirmavit, et afflictum erexit, perditumque recreavit. Cuius in regnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit: 4) plures etiam gentes

2) Plutarchus et Appianus retardatos Luculli milites scribunt astutia et calliditate Mithridatis, qui eum propius nihil esse videret, quam ut in fuga caperetur, mulum illis onustum auro opposuit, pecuniasque omnes effudit, quibus colligendis ac diripiendis dum milites intenti essent, ab illorum manibus effugit. *Hotom.*

3) *Illum*, Aetam, Medaeae patrem; *hos*, Luculli milites. Sed in illorum numero tacite etiam Lucillum ipsum vult intelligi. Nam his illum verberat verbis, ut causae serviat, et eum ab existimatione boni imperatoris removeat. *Idem.*

4) Qui primus nunciavit Tigrani aduentum Luculli, in crucem actus est. Itaque nemo postea nunciare ausus est.

5) Plu-

tes 5) contra imperatorem nostrum concitatae sunt. Erat enim metus iniectus 6) iis nationibus, quas numquam populus Romanus neque laceffendas bello, neque tentandas putavit. Erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum pervaserat, fani locupletissimi et religiosissimi 7) diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum. Ita nationes multae atque magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi urbem 8) ex Tigranis regno ceperat,

- 5) Plutarchus numerat Medos, Arabes, Albanos, Iberos, et qui circa Araxem sine rege sunt. *Hot.*
- 6) Ne in se quoque arma converterent Romani. *Tentare* minus est, quam *laceffere bello*. Hoc posterius est *bellum inferre*, illud *bellandi occasionem praebere*.
- 7) Fanura Comanis, ubi Bellonae insigne templum constructum erat, significat, quod a Murena, Appiano teste, impulsu Archelai, qui a Mithridate ad illum desciverat, direptum et spoliatum est. *Comana*, oppidum in Ponto situm. *Comani*, Bellonae sacerdotes, maiestate, imperio, secundi a rege, consensu illius gentis habebantur. *Hot. et Manut.*
- 8) *Tigrano certam*, quam Tigranes ex suo nomine appellarat. In hanc urbem copiosissimos quosque et locupletissimos totius imperii sui cives quasi in coloniam deduxerat: quam omnes, ut regi gratificarentur, certatim donis ac muneribus, pretiosissimis quibusque rebus ornarant atque instruxerant, in qua praeter alias opes immanfas, talentorum octo milia Lucillum reperisse constat. Tam parvo exercitu Lucullus victor fuit, ut Tigranes eos diceret: *nimis multos,*

ceperat, et proeliis erat usus secundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac desiderio suorum commovebatur. 9) Hic iam²⁴ plura non dicam. Fuit enim illud extremum, ut ex iis locis a militibus nostris reditus magis maturus, quam processio longior quaereretur. Mithridates autem et suam manum 10) iam confirmarat, et eorum, qui se ex eius regno collegerant, et magnis aduentitiis multorum regum et nationum copiis iuvabatur. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno; quod regale iis nomen
magnum

multos, si venissent ut legati, si vero ut hostes, nimis paucos.

- 9) Legiones Valerianæ, impleta a se stipendia dicentes, domum cogitabant, et Lucillum relinquebant. Confert ergo in milites, quod vult tamen ad Lucillum pertinere intelligi. Plutarchus enim in Lucullo arrogantiam et avaritiam Luculli affert, quare a militibus suis desereretur: et alibi, legiones a P. Clodio sollicitatas noluisse sequi ad interiora Armeniæ, quo Tigranes fugerat. Scivit hoc Cicero; sed cum utraque causa duci parum honesta sit, locorum longinquitati adscribit, quare bellum illud non profligatum fuerit; et ita honori Luculli parcat.
- 10) *Suum animum*; ita Graevius scribendum censet pro *suam manum*. Recte et feliciter. Prius animus erat confirmandus, quem fregerant tot clades; animo confirmato copias collegit tam ex suis civibus, quam auxiliis. *Et eorum subaudi animum.*

25) magnum et sanctum esse videatur. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis numquam est ausus optare. Nam cum se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei praeter spem acciderat, ut illam, posteaquam pulsus erat, terram umquam attingeret: sed in exercitum vestrum, 11) clarum atque victorem, impetum fecit. 12) Sinite hoc loco, Quirites, (sicut poëtae solent, 13) qui res Romanas scribunt,) praeterire me nostram calamitatem: 14) quae tanta fuit, ut eam ad aures

L.

11) A Lucullo discedente relictum, legato commendatum, ut Mithridati iam victo, si quid conaretur, obstitissent. *Manut.*

12) Primum in L. Flaccum, quem in Ponto Lucullus reliquerat. Nam et illum fugavit, et quingentos ex illius militibus interfecit. Deinde in C. Triarium Luculli legatum, qui in Flacci locum cum exercitu novo missus est. Nam hic Lucillum aduentare sentiens, triumphi cupiditate impulsus, proelium cum Mithridate commisit. Quo in proelio caesi sunt tribuni militum quatuor et viginti, centuriones centum quinquaginta, civium supra septem millia interfecta, ut Appianus et Plutarchus scribunt. *Hotom.*

13) Omnes qui historias scribere solent, ubi ad calamitatem veniunt populi Romani, praetereunt, neque illam dicunt, ne videantur in calamitate exultare.

14) Simulata praeteritio, quam Graeci παραίτησις appellant, cum id oblique dicimus, quod velle tacere videbamur. *Hotom.*

L. Luculli non ex proelio nuntius, 15) sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, gravissimaque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, 16) vestro iussu 17) coactus, quod imperii diuturnitati 18) modum statuendum veteri exemplo putavistis, 19) partem militum, qui iam stipendiis confectis 20) erant, dimisit, partem Glabrioni tradidit. Multa praetereo consulto:

15) Acerbe dictum; significat enim, ex eo proelio neminem omnino superfuisset. Ὑπερβολικῶς, nam infra, expulsus dicit exercitum Romanum, non omnino deletum. *Hotom. et Manut.*

16) Cum fortasse meliorem fortunam mox expertus fuisset.

17) Senatus censet, populus iubet. Maiestatis populi Romani haec pars erat, ut et imperium daret, et adimeret. Tota autem in hisce tribus versabatur, in dando scilicet adimendoque imperio, iubendis et abrogandis legibus, bellis inferendis aut dissolvendis. *Hotom.*

18) Nam Lucullus Consul Asiam sortitus est: in eamque est anno insequenti cum exercitu adversus Mithridatem profectus, quocum per annos septem bellum gessit. *Idem.*

19) *Quod-putavistis*: dictum hoc est e Ciceronis persona. Orator interponit iudicium suum, quo rem emolliret. Nam alias deberet esse *putareis*.

20) *Stipendiis confectis* sive expletis dicuntur esse emeriti, veterani, qui legitimos annos militarem operam reipubl. praestiterant. *Stipendium* est merces militum; et aetas militaris ab anno 17 ad 46 erat.

sulto: 21) sed ea vos coniectura perspiciatis. Quantum illud bellum factum putétis, quod coniungant reges potentissimi, 22) renouent agitatae nationes, suscipiant, integrae gentes, 23) novus imperator 24) vester accipiat, Iovetere pulso exercitu? Satis mihi multa 27) verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, 1) magnitudine periculofum: 2) restat, ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus praeficiendo, dicendum esse videatur. 3)

Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putaretis. Nunc vero cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum homi-

21) Ostendit, se parcere Lucullo, et non tantum dicere, quantum meretur audire. Sed ea sc. quae praetereo. *Quantum factum* pro quam magnum factum, quantopere auctum. Loquitur autem Cicero de isto bello, quod Lucullus magnum repererat, quodque maius factum est ex iis, quas commemorat, causis.

22) Mithridates et Tigranes. *Agitatae nationes*: quae utriusque regis imperio parent.

23) Nondum bello exhaustae, sed vires habentes integras.

24) Scilicet Glabrio, non belli peritus, ut Lucullus, qui septem iam annos in Asia bellum gesserat.

1) Cap. 2. §. 6. Cap. 7.

2) Cap. 8. 9.

3) Cap. 10. 16.

hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam 4) virtute superavit: quae res est, quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? Ego²⁸ enim sic existimo, 5) in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, 6) virtutem, 7) auctoritatem, 8) felicitatem. 9) Quis igitur hoc homine scien-

- 4) Id est, eos, qui ante fuere, quorumque in libris tam frequens est memoria. *Virtute i. e.* virtutibus imperatoris,
- 5) Commemoratur imperatoris virtutes, quibus debet esse ornatus. Primum debet esse in bellis peritus, ut scientia omnia pericula, quae sint ventura, superet. Deinde debet esse fortis: nihil enim valet peritia, nisi accessit virtus. Tum in imperatore oportet inesse auctoritas, denique felicitas. Cicero ultimum posuit, quod est maxime necessarium. Lucullus in bello fuit peritissimus, fuit fortis, sed infelix.
- 6) Diuturna militia partam; quamquam nonnulli legendis libris, aut percunctando a peritis, cum ignari bellorum essent, praeclari duces evaserunt.
- 7) Quam in duo genera dividit. Unum, quod ad bella proprie pertinet, de quo paullo post §. 29. *Non enim illae-providendo.* Alterum quod in moribus consideratur, cuius partes sunt, innocentia, temperantia, fides, facilitas, ingenium, humanitas: de quibus aliquanto post §. 36. seqq. Utroque virtutum genere qui excelluerint, per quam pauci in omni aetate sunt inventi. Magna igitur Pompeii laus, qui talis ac tantus extiterit. *Idem.*
- 8) Virtute partam, felicitate auctam. §. 43. *Idem.*
- 9) Fortunae donum, cuius est cum in omni re, tum in re militari potestas maxima. Fortuna vero a Diis immortalibus pendet, et nemo de se ipso eam praestare

scientior umquam aut fuit, aut esse debuit? qui e ludo 10) atque pueritiae disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus, 11) ad patris exercitum, atque in militiae disciplinam profectus est? qui extrema pueritia 12) miles fuit summi imperatoris? 13) ineunte

stare potest. Nec sine causa, cum de Pompeio deligendo loqueretur, ad ceteras res, quae in imperatore necessario requiruntur, hanc addendam putavit. Saepe enim praestantibus viris, cum cetera, quibus magnae res praeclare geruntur, adessent omnia, haec una defuit, adeoque cursum virtutis impedit, nihil ut prospere succederet. *Idem.*

10) *Ludus* 1) proprie quodvis ludicrum est, ad animi recreationem, et corporis exercitationem, 2) *Ludum* etiam dicebant, ubi habebantur et exercebantur gladiatores; 3) Sed et quaevis aliae scholae *ludi* appellatae etiam *litterarum*. Ita h. l.

11) Cinna, Carbone, Sertorio, civili bello adversus L. Sullam, sub ductu patris Cn. Pompeii Strabonis, Catonis in consulatu collegae: qui in Italia Cinnano bello exercitum habuit, in quo exercitu hunc quoque Cn. Pompeium ipsius filium adolescentem fuisse, Plutarchus auctor est. Pater Pompeii anno vertente, cum Cinnam ab urbis moenibus depelleret, cum aliis quam multis fulmine perit. *Hotom.*

12) Romani aetatem hominis dividebant in *pueritiam*, quae est ad annum decimum sextum; anno enim decimo septimo sumebatur toga virilis: in *iuventutem*, quae ad annum quadragesimum quintum extendebatur: et quod ultra est, *senectutem* dicebant. Inde *iuventus* pro *militibus* usurpatur.

13) Patris scilicet, non Sullae. Dux enim, non miles ad Sullam profectus est. *Manut.*

inveniente adolescentia 14) maximi ipse exercitus imperator? qui saepius cum hoste conflavit, quam quisquam cum inimico concertavit? plura bella gessit, quam ceteri legerunt? 15) plures provincias confecit, 16) quam alii concupiverunt? cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis, 17) non offensionibus belli, sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est erudita? Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicae? Civile, 18) Africanum, 19) Transalpinum, Hispaniense, mixtum et civitatibus

14) Annum tunc agebat vigesimum tertium. *Maximi-imperator*: privatus adhuc collegerat reliquias paterni exercitus in reipubl. salutem. Vell. Pat. lib. II. Cap. 29.

15) Egregius laudandi modus ex comparatione. Similiter pro Marcello Cap. 2. §. 5. *Hostes* publice tantum dicuntur, quibus bellum populi Romani iussu a collegio Fecialium indictum est. *Inimici* privatim, a quibus animo alienati et disiuncti sumus. *Hosti concertavit* sc. verbis: nam *confligere* est armis contendere. *Legerunt*: constat, Lucillum usque ad tempora consulatus expertum fuisse bellorum; postea in consulatu historiis studuisse.

16) Id est, nationes bello subiugavit, et in nostram potestatem redegit.

17) Nam ipse omnibus fere proeliis, quibus interfuit, imperator fuit, atque ita usu edoctus.

18) Cum Cinna et Carbone.

19) Cum Cn. Domitio. *Transalpinum*: cum Gallis. *Hispaniense* cum Sertorio.

tatibus 20) atque ex bellicosissimis nationibus, 21) servile, 22) navale bellum, 23) varia et diversa genera, et bellorum et hostium, 24) non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu militari positam, quae huius viri scientiam fugere possit.

II — Iam vero virtuti Cn. Pompeii quae potest
 29 par oratio inveniri? quid est, quod quisquam aut illo dignum, aut vobis novum, aut cuiquam inauditum possit afferre? Neque enim illae sunt solae virtutes imperatoriae, quae vulgo existimantur, labor in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in consiciendo, consilium in providendo: quae tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audivimus, non fuerunt. Testis est Italia, 1) quam ille ipse victor, L. Sulla, huius

20) Quae a populo Romano ad Sertorium defecerant.
Manut.

21) Hispanis et Lusitanis.

22) A Spartaco gladiatore excitatum: culus tamen confecti laus ad M. Crassum proprie pertinet. Et hic Pompeio gratificatur, Crassi laudem cum eo communicans. *Manut.* V. Cap. 11. n. 8.

23) Cum piratis. *Varia:* terrestria sc. et maritima.

24) Regum, exulum, piratarum.

1) Italico bello extremo, civile exortum est: quo tempore divisa Italia diversas partes secuta est. In eo bello Cn. Pompeius voluntarium exercitum conscripsit, et cum tribus legionibus ad L. Sullam venit.

Unde

huius virtute et subsidio confessus est liberatam: testis est Sicilia, 2) quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii, explicavit: testis est Africa, 3) quae magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundavit: 4) testis est Gallia, 5) per quam legionibus nostris in

D 2 Hispania

Unde Sulla dicebat, Pompeii virtutibus liberatam Italiam. Vell. Pat. lib. II. Cap. 29. Observa insignem anaphoram et continuationem metonymiae.

- 2) Quam Perpenna et Carbo, ex Italia pulsi: vi occupaverant, ea spe, ut hoc propugnaculo adversus Sullam uterentur. Ergo Senatus consultum factum est; ut Pompeius eo cum imperio proficisceretur. Cuius audito adventu Perpenna profugit; at Carbo captus et interfectus est. *Explicavit i. e. liberavit. Hot.*
- 3) In quam postea missus est adversus Cn. Domitium proscriptum, et Hiabam, Numidiae regem, bellum adversus Sullam molientes, quos proelio victos interemit. Quo bello intra dies XL. confecto Romam rediit, et quatuor ac viginti annos natus adhuc eques Romanus, quod quidem nemini antea contigerat, ex Africa triumphavit, Magnusque a. L. Sulla appellatus est. *Hot.*
- 4) Plutarchus ex viginti hostium millibus tria tantum milia effugisse tradit. *Idem.*
- 5) De bello transalpino apud Plutarchum in Pompeii quidem vita verbum nullum. Scribit autem Florus in epitome, et Plut. in Sertorii vita. Metellum et Pompeium ab obsidione Calagurii, (quod oppidum Hispaniae est) depulso ac coactos diversas regiones petere: Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam, quo tempore bellum hoc gessisse illum arbitratur. *Hotomannus.*

Hispaniam iter, Gallorum interneccione patefactum est: 6) testis est Hispania, 7) quae saepissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit. Testis est iterum et saepius Italia, 8) quae, cum servili bello taetro periculofoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit: 9) quod bellum exspectatione Pompeii attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum. 3) Testes vero iam omnes orae, 10) atque omnes

6) In Alpibus inter Paeli et Rhodani fontes, Romanis opportunius, quam quod Hannibal aperuerat. *Man.*

7) In qua Sertorium, octavum iam annum cum populo Romano bellum gerentem devicit. *Hot.*

8) Servili bello, quod a Spartaco gladiatore conflatum est. De Spartaco quidem Crassus victoriam reportavit, et ovans in urbem ingressus est, sed scribit tamen Plutarchus, missum tandem ad id bellum Cn. Pompeium fuisse, scilicet qui Crasso succederet, eoque Crassum ea re audita continuo triumphi cupiditate proelium cum Spartaco commisisse, prospereque rem gessisse, caesis hostium duodecim millibus et praeterea trecentis: fortunam tamen eius victoriae expertem esse Pompeium non sivilisse; hostium enim quinque millia, qui ex eo proelio evaserant, illi profliganda reservasse. Caesis autem illis, scripsisse Pompeium ad Senatum, Crassum in acie gladiatores quidem fuisse, se vero bellum funditus evellisse. *Idem.*

9) Oratorie. Confecto enim Hispaniensi bello, Pompeius in Italiam redibat, non quod ab eo absente auxilium Italia expeteret. *Manut.*

10) Quae ubique infestatae erant a piratis, iisque, quos Mithridates armaverat, ut commercium et navigationem in Asiam Romanis intercluderet. Mille naves
in

nes exterae gentes ac nationes, denique maria omnia, tum universa, tum in singulis 11) omnes sinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit praesidium, ut tutus esset, aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum aut hieme, aut referto praedonum mari navigaret? Hoc tantum 12) bellum, tam turpe, 13) tam vetus, 14) tam late divisum, atque dispersum, quis umquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis 15) ab uno imperatore confici posse? Quam provinciam³² tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui praesidio classibus vestris fuistis? 16) quam multas existimatis insulas

in id navigasse refertur, tam divites praeda, ut rudentes inauratos, vela purpurea, remosque subargentatos habuerint. Contra hos Pompeius missus hoc bellum confecit.

- 11) *Singulis* refertur ad maria, et opponitur *universis*.
 12) Toto mari mediterraneo diffusum.
 13) Quia cum praedonibus Italiam infestantibus fuit.
 14) Ab hinc annis videlicet tribus et viginti, exortis e Cilicia praedonibus; unde *Cilicum bellum* in Verrinis orationibus appellatur, *Hotom*.
 15) Sc. vitae suae. Intra quadragesimum diem id bellum a Pompeio confectum tradunt Florus, Appianus, Plutarchus. *Idem*.
 16) Cui sociorum classes vestrae fuere praesidio?

fulas esse desertas? quam multas aut metu relictas, aut a praedonibus captas urbes 17) esse sociorum? Sed quid ego longinqua 1) **12** commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longe a domo bellare, et propugnaculis imperii 2) sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego vestris mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cum exercitus nostri a Brundisio 3) numquam, nisi summa hieme, 4) transmiserint? Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar, cum legati populi Romani redempti sint? 5) mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim secures 6) in praedonum potestatem pervenerint?

Cnidam

17) Quadraginta, ut scribit Plutarchus. *Hot.*

1) Id est, in longinquis regionibus cum praedonibus gesta.

2) *Propugnaculum*: locus munitus, unde defendi urbs, castra, fines possint. *Propugnacula imperii* vocantur coloniae, institutae in nationibus bello subactis, quibus et victas gentes in officio continerent, et impetus vicinarum gentium in suas provincias cohererent.

3) *Brundisium*, Calabriae urbs, portu praedita commodo in Graeciam euntibus. *Cellar. V. Ern. Clav.*

4) Piratarum meta. *Transmiserint*, in Graeciam, aut ipsam Asiam, contra Mithridatem. *Manut. Venirent*, id est, venire volebant, iter ad vos ingressi,

5) Qui illi fuerint non legitur.

6) Id est: duos Praetores, Sextilium et Bilenum, ut ait Plutarchus in Pompeio, in provinciam euntes. Nam senis fascibus in provinciis praetores utebantur, binis ig urbe. *Manut.*

7) Cni.

Cnidum, aut Colophonem, aut Samum 7) 33
 nobilissimas urbes, innumerabilesque alias,
 captas esse commemorem, cum vestros
 portus, 8) atque eos portus, quibus vi-
 tam et spiritum 9) ducitis, in praedonum
 fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis,
 portum Caiete celeberrimum, atque plenissi-
 mum navium, inspectante praetore, 10) a
 praedonibus esse direptum? Ex Miseno 11)
 autem, eius ipsius liberos, 12) qui cum prae-
 donibus antea ibi bellum gesserat, a praedo-
 nibus esse sublato? Nam quid ego Ostien-
 se 13) incommodum, atque illam labem atque
 igno-

7) *Cnidus*, urbs Cariae; *Colophon* urbs Ioniae, equi-
 tate celeberrima. Inde *colophonem addere*, pro
 ultima praestare. *Samos*, insula Asiatica in mari
 Aegaeo, cum urbe eiusdem nominis.

8) Caietae, Miseni et Ostiae. *Hot.*

9) Id est, eas res, quibus vita et spiritus continetur.
 Frumentum enim ex Asia, Africa, Sicilia, Sardinia
 eo comportabatur. *Idem.*

10) Ignotum praetoris nomen. Fortasse tamen M. An-
 tonium significat, qui ante Pompeium contra piratas
 missus male rem gessit. Coniecturam hanc fulcit
 Hotom. ex eo, quod scribit Plutarchus, eius filiam
 a praedonibus captam fuisse. Ad huius praetoris
 contumeliam, *inspectante praetore*, dicitur. *Manut.*

11) *Misenum*, promontorium, portus et oppidum
 Campaniae. Virg. Aeneid. lib. VI. v. 234.

12) Antonii filiam, quam tamen magna pecunia redem-
 tam postea reddiderunt. Plut. in Pomp. *Hotom.*

13) *Ostia* celebris colonia ad ostium Tiberis; unde
ostienae incommodum, quod experti Romani sunt,

ignominiam reipublicae querar, cum, prope inspectantibus vobis, classis ea, cui consul populi Romani 14) praepositus esset, a praedonibus capta atque oppressa est? Pro dii immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicae potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum 15) classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium 16) praedonum navem esse audiatis?

34) Atque haec, qua celeritate gesta sint, quamquam videtis, tamen a me in dicendo praetereunda non sunt. Quis enim umquam, aut obeundi negotii, aut consequendi quaestus studio,

cum ad Ostiam classis Rom. a piratis capta et oppressa est.

14) Non liquet, quis fuerit, silente historia. Heumannus vero monet, non hic loqui oratorem de certo consule, qui tum classi Ostiensi praefuerit, sed significare, classi illi tam vicinae praefectum semper fuisse unum e cuiusque anni consulibus: turpissimumque adeo fuisse Romanis, ne illam quidem classem a praedonum insultibus liberam esse potuisse, cui tam in propinquo praesset vir dignitatis augustissimae. *Oppressa est*: opprimere classem est subito et improvisa in eam invadere. Observes hic hysterologiam. Nam ordo naturae ita dici iubebat: *oppressa atque capta est*.

15) Ante Ostiae portum, qua Tiberis in mare mediterraneum profluit.

16) Intra fretum Herculeum, quod est inter Europam et Africam.

studio, 17) tam brevi tempore, tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompeio duce, belli impetus 18) navigavit? qui nondum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adiit, Africam exploravit: inde Sardiniam 19) cum classe venit, atque haec tria frumentaria subsidia reipubl. firmissimis praesidiis classibusque munivit. Inde, se cum in Italiam recepisset, duabus 20) Hispa-

17) *Aut obeundi-studio*: altero negotiatores significat; altero mercatores. Quorum illi sunt, qui negotia in provinciis obeunt, veluti publicanorum societates: senatores etiam, qui hereditates, legata aut nomina sua persequuntur: hi, qui Romam mercedes ab exteris nationibus important. *Hotom.*

18) *Belli impetus*: Graevius et Lambinus ex aliquot Mss. addiderunt *tanti*. Iustius vero abesse posse videtur *τὸ tanti*. Nam non sermo est de magnitudine belli, sed de apparatu bellico et administratione belli. *Belli impetus navigavit*: Pompeii classis, in qua belli impetus consistebat, sive in qua bellum impetu et violenta quadam incurfione ferebatur. *Hot.* Aliam, et ut mihi quidem videtur, saniozem explicationem suppeditat Ernesti. Verbo *impetus* poëtae veteres in periphrasi utuntur, et *impetus belli* est forma poëtica, pro *bello*. Ita Lucretius V. 201. *impetus coeli pro coelo*. Est tamen etiam in prosa. Cic. de nat. Deor. lib. II. Cap. 33. *impetum coeli moveri vertique*, pro *coelum*. Sensus ergo est: quanta celeritate Pompeius bellum et quam strenue gesserit.

19) Sicilia, Aegyptus (quae est in Africa) et Sardinia, horrea reipublicae Romanae fuere. *Exploravit*, i. e. penitus penetravit. *Frumentaria subsidia* i. e. quae frumenta subministrant.

20) Hispa-

Hispaniis 20) et Gallia Cisalpina 21) praefidiis ac navibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris, et in Achaiam omnemque Graeciam navibus, Italiae duo maria 22) maximis clasibus firmissimisque praefidiis adornavit: ipse autem, ut a Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit: omnes, qui ubique praedones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius huius imperio ac potestati se dederunt. Idem Cretensibus, 23) cum ad eum usque in Pamphiliam legatos deprecatoresque misissent, 24) spem deditiois non ademit, obsidesque

20) Hispania olim in duas partes divisa fuit: in eam, quae est cis, et alteram, quae est ultra Iberum flumen. *Hotoman.*

21) Italiae parte ab Alpibus ad Rubiconem flumen, quae Gallia dicta est ab iis Gallis, qui Tarquinio Prisco regnante, ducentis ante urbem captam annis, Alpes transgressi, mediam prope Italianam occuparunt. Hanc igitur Romani *Cisalpinam*, alteram vero, unde venerant, *Transalpinam* vocarunt. Caesar hanc *ulterio-rem*, illam *citeriorem* perpetuo appellat. *Idem.*

22) Adriaticum, seu superum, et Tyrchenum, seu inferum. *Idem.*

23) Praedonibus, qui Cretam insulam occuparunt, quos Q. Metellus eo cum imperio missus oppugnabat. *Hot.*

24) Oppugnati a Metello legatos ad Cn. Pompeium miserunt, ut, si facultas esset, insulam ei potius, quam Metello, dederent, quem satis intelligebant accerrimum de ipsis supplicium sumturum esse. Flor.

desque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confect. 25) Est haec divina atque incredibilis virtus imperatoris. Quid ceterae, 1) quass paullo ante commemorare coeperam, quantae atque quam multae sunt! non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto imperatore quaerenda est: sed multae sunt artes eximiae, 2) huius administratae comitesque virtutis. 3) Ac primum quanta innocentia 4) debent

lib. III. Cap. 7. Pompeius ut fructum eius laudis Metello praeriperet, L. Octavium legatum ad Metellum misit, ut ab oppugnatione desisteret: ipseque legatus in urbem ingressus piratis contra Metellum praesidium tulit. Sed Metellus nihilominus obsessos in deditionem compulit, et in eos pro suo iure animadvertit. Haec cum ita se habeant, tamen oratorie Tullius, quae summa vituperatione digna sunt, laudi et gloriae vertit. *Idem, Deprecatoresque i. e. suppliciter petentes veniam.*

25) Plutarchus confectum bellum scribit spatio trium mensium...

1) Quatuor scilicet virtutes, quas vide Cap. 10. §. 28.

2) Virtutes intellige: respicit ad Cap. 11. §. 29. *Neque enim illae etc.*

3) Quia victoriam adiuvant. Populi enim, harum virtutum fama commoti, tali se tantoque viro libenter dedunt. *Manut.*

4) Iure orditur ab ea virtute, quae reliquis antecellit, et quasi familiam ducit. Nam ut ceterae sint virtutes, ipsa praestat. *Idem.*

5) Hoc

debent esse imperatores! quanta deinde omnibus in rebus temperantia! quanta fide! quanta facilitate! 5) quanto ingenio! 6) quanta humanitate! Quae breviter, qualia sint in Cn. Pompeio, consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites: sed ea magis ex aliorum contentione, 7) quam ipsa per sese
 37 cognosci atque intelligi possunt. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus atque venierint? 8) quid hunc hominem magnum

5) Hoc nomine comitatem et humanitatem Pompeii significat. Virtus ergo haec benevolentiae iuncta est, et in specie blandum in colloquiis facit,

6) Consilio, dicendi gravitate et copia.

7) Id est, comparatione. Nam *contendere*, interdum est comparare. *Manut.* Agit Cicero hic secundum tritum illud: opposita iuxta se posita magis illucescunt.

8) Carpit hic avaritiam imperatorum, qui, quod virtuti debetur, pecunia vendunt. In definiendo autem eum, quem petat Cicero, non consentiunt interpretes. Hotomannus putat, haec dici in Lucillum, cum contra eum solum pugnet. Manutius contra non arbitratur haec in Lucillum conferri, quem haud multo ante magnifice laudavit Cicero. Sed potuit orator imperatorem hunc et laudare et vituperare, si vel virtutes vel vitia eius spectabantur. Ceterum non in unum solum haec dicta videntur, sed in plures: nam infra: *qui haec fecerint. Aliquo in numero. Numerus ut apud Graecos ponitur pro honore et estimatione. Ergo in aliquo numero esse: in Ansehen stehen; in nullo esse numero: kein Ansehen haben, keine*

gnum aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam, ex aerario depromptam 9) ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciae magistratibus diviserit, 10) aut propter avaritiam Romae in quaestu reliquerit? 11) Vestra admurmuratio-12) facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui haec fecerint:

keine Achtung verdienen. *Centuriatus*: locus centurionis: Hauptmanns Stelle.

9) Imperatoribus, in provinciam ituris, pecunia Senatus consulto ex aerario attribuebatur, quam quaestores aerarii annumerabant. Haec pecunia *attributa* dicebatur, h. e. quae nobis solvitur ab alio, data assignatione, quam hodie vocant.

10) Provinciae a senatoribus plerumque dabantur, qui pecunia corrupti eas concedebant, quibus vellent. Divisit autem imperator pecuniam magistratibus, quod diutius, ipsis concedentibus, aut etiam adiuvantibus, administrare provinciam posset. Iam enim increbuerat imperii prorogandi consuetudo. *Manut. Propter cupiditatem provinciae* i. e. ex cupiditate consequendae provinciae, cui praesit, et in ea remanendi. Nam Lucullus, de quo hic sermo est, habebat iam provinciam, cum acceptam pecuniam divideret. Divisit ergo pecuniam magistratibus, non ut provinciam decernerent, sed ut impedirent, ne anno exacto decedere de provincia iuberetur.

11) Apud argentarios, ut foenori collocent.

12) Videtur provocare ad auditorum iudicium, qui Lucullum aliosque pro talibus habebant. Orator tamen dum neminem nominat, benevolentiae populi captandae ergo, iudicio eorum et sermonibus summa arte se accommodat. Mos veterum fuit, ut in concione, quae placerent, submissa voce alter alteri approbaret. Facit, beweist, giebt zu erkennen.

rint: ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se
 38 voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum, quantas calamitates, quocumque ventum sit, 13) nostri exercitus
 ferant, quis ignorat? Itinera, quae per hosce annos in Italia 14) per agros atque oppida civium Romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini: 15) tum facilius statuetis, quid apud exterarum nationes fieri existimetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hibernis sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere 16) imperator, qui se ipsum non continet: neque severus esse in iudicando, qui alios in se se-
 39 veros esse iudices non vult. 17) Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris,

13) Sive in nostras provincias, sive sociorum regiones. *Ferant* i. e. afferant.

14) Cum adversus Mithridatem, piratas, Sertorium, Spartacum, exercitus ducti sunt. Nam cum his hostibus tunc temporis bellatum est. *Hot.*

15) Cum difficilius sit, oppida civium Romanorum vexare, quam exterarum nationum, nec illis pepercerint; facile cogitari potest, quam graves fuerint Romani exercitus provinciis suis ac focis.

16) *Continere*: cohibere, reprimere, coërcere. Tales autem solent esse cives, quales sunt principes.

17) Leviter id perstringit Cicero, quod tum notum fuisse omnibus videtur: paratuna scilicet in Lucillum repetundarum iudicium fuisse, sed cum, ne id fieret, omni studio prohibuit. *Hot.*

18) Bello

ris. cuius legiones sic in Asiam 18) pervenerunt, ut non modo manus 19) tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Iam vero, quemadmodum milites hibernent, 20) quotidie sermones ac litterae perferantur. Non modo, ut sumtum faciat in militem, 21) nemini vis affertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. 22) Hiemis enim, non avaritiae perfugium maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. 23) Age vero 1) 14 ceteris in rebus quae sit temperantia, considerate. Unde illam tantam celeritatem, et tam

18) Bello piratico in Ciliam et Pamphiliam.

19) Sensus est: non modo nihil rapuerunt Pompeii milites, sed ne pedem quidem moverunt ad eum, qui hostis non esset; ne pedem quidem, ubi non licebat, posuerunt. *Pacatus* dicitur, qui non est noster hostis, et cum quo pacem colimus.

20) Nam isto tempore, quo de lege Manilia agebatur Pompeius ad Ciliciam castra habebat.

21) Id est: ut pecunia, vestis ceteraque dentur militibus.

22) Asiaticis ne permittitur quidem, ut tales sumtus in Pompeii milites faciant.

23) Censuerunt, socios in hibernis sumtibus non esse gravandos.

1) *Age vero* intervniunt transitioni, uti? iam vero, germanice: auch. *Quae* est lectio Ms. Hittorp. In edd. pr. est *qualis*. *Unde tam incredibilem cursum inventum putatis: quam arte tanta celeritas reperta est? In ultimas terras: quas descripsit Cap. 12. §. 35.*

tam incredibilem cursum inventum putatis? non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quaedam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras per-
tulerunt: sed hae res, quae ceteros remo-
rari solent, non retardarunt: non avaritia ab-
instituto cursu 2) ad praedam aliquam devo-
cavit, non libido ad voluptatem, 3) non amoenitas ad delectationem, non nobilitas
urbis 4) ad cognitionem, non denique labor
ipse ad quietem: postremo signa, et tabulas
ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum
quae ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi
4) ille ne visenda quidem existimavit. Itaque
omnes quidem nunc in his locis Cn. Pom-
peium, sicut aliquem non ex hac terra mis-
sum, sed de coelo delapsum intuentur: nunc
denique incipiunt credere, 5) fuisse homines
Romanos hac quondam abstinentia: 6) quod

iam

- 2) Tangit Luculli factum, quem avaritia a persequendo Mithridate retardatum dixit supra.
- 3) Notetur, tanta fuisse temperantia Pompeium, ut pellices Mithridatis captas intactas ad parentes remiserit.
- 4) *Nobilitas orbis*: Athenas significat, quae urbs simpliciter *urbs* sive *ἄστυ* vocitabatur. Cum Brundisio solueret Pompeius, multas urbes praetermisit, sed Athenis tantum rem sacram fecit, et habita concione continuo decellit. *Hotomán.*
- 5) Credimus enim cogita re potius, quam audita.
- 6) *Abstinentia* appellatur modo illa virtus, quae opponitur avaritiae, modo illa, quae libidini et voluptati

con-

iam nationibus exteris incredibile ac falso memoriae proditum videbatur. Nunc imperii vestri splendor illis gentibus lucet: 7) nunc intelligunt, non sine causa maiores suos tum, cum hac temperantia magistratus habebamus, fervire populo Romano, quam imperare aliis, maluisse. Iam vero ita faciles aditus 8) ad eum privatorum, ita liberae quaerimoniae de aliorum iniuriis esse dicuntur; ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Iam quantum confi-⁴²lio, 9) quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco saepe cognostis. 10) Fidem vero eius inter socios quantam existimari putatis, quam hostes

contraria est, modo utraque coniuncta. Postremi generis hic noster locus est. Exempla veteris continentiae vide apud Valerium Max. lib. IV. Cap. 3.

7) Obscuratus intermissione virtutum. Sensus est: nunc illa imperii gloria plane manifesta est et incurrit in oculos omnium. *Idem.*

8) *Faciles aditus*: si propositus earum artium ordo, quae, praeter bellandi virtutem, in summo imperatore sunt quaerendae, servandus est: non hic *facilitatis*, verum fidei laudandae locus erat. *Idem.*

9) *Consilium* hic appellat, quod supra *ingenium*. Cap. 13. §. 36. Gravitas enim et copia dicendi ab ingenio maxime proficiscitur. Sed quia sine consilio atque prudentia nihil fit, ideo consilium vocavit ad maiorem Pompeii laudem. Ingenium enim naturae bonum est, non voluntatis et industriae. *Idem.*

10) Cum eum de rostris concionantem audiretis. *Idem.*

hostes omnium gentium 11) sanctissimam iudicarint? 12) Humanitate iam tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem eius 13) pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic hoc tantum bellum transmittendum 14) sit, qui ad omnia nostrae memoriae bella conficienda, divino quodam consilio natus esse videatur?

15 Et, quoniam 1) auctoritas 2) multum
43 in bellis quoque administrandis 3) atque im-
perio

¶ 1) Piratas, dicit Cicero, qui cum omnibus gentibus bellum gerunt, praedam undecumque capientes. Itaque paullo post §. 44. *commune omnium gentium bellum* appellat. *Idem.*

¶ 2) Quia se illi tradiderunt, hostile nihil timentes. *Idem.*

¶ 3) Bellandi virtutem significat. *Idem.*

¶ 4) Id est: committendum, mandandum. *Idem.* *Dubitare* si dubitationem significat apud oratores respicit infinitivum, et adsciscit *an*, interdum *quin* pro *an*, ut hoc loco. Cornelius Nepos contra Ciceronis usum *non dubito* semper infinitivo iunxit, ut in praefatione: *non dubito fore plerosque pro quin futuri sint.*

1) Summa capitis 15. continetur sequente syllogismo: In quocumque viro praeter rei militaris scientiam atque virtutem est summa auctoritas, is est summus atque perfectus imperator. Atqui in Pompeio etc. Ergo eligendus et huic bello praeficiendus. Maior propositio inde ab initio capitis usque ad verba: *ratione commoveri?* exponitur.

2) *Auctoritas* est h. l. opinio insignis de alicuius virtute, quod probant hic verba: *quid hostes existiment.*

3) *Administrandis*: discrimen est inter *bellum administrare* et *gerere*. Hoc dicitur, si regio aliqua bellum capellit,

perio militari valet; 4) certe nemini dubium est, quin ea re idem ille imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cum sciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famae, 5) quam aliqua certa ratione commoveri? Quod igitur nomen umquam in orbe terrarum clarior fuit? cuius res gestae pares? de quo homine vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta et tam praeclara iudicia 6) fecistis? An vero ullam usquam esse oram tam⁴⁴ desertam putatis, quo non illius diei 7) fama

E 2

per-

capessit, illud est, cum imperatori imperium exercitus delatum est.

4) *Valet*: multas voces synonymicas adhibet Cicero, ut copiam orationis ostendat: multum valere, plurimum posse in aliqua re, vehementer pertinere, multum facere ad aliquam rem.

5) *Opinio famae* est ipsa fama; vel potius existimatio ac rumor a fama natus. *Hot.*

6) Delatis ad eum summis imperiis, in quibus maritimi belli cura fuit. *Iudicia* ergo dicuntur honores, quia sc. dantur his, qui iis digni iudicantur. Pompeio iuveni viginti quatuor annorum et tantum equiti triumphus decretus est a Romanis, et quaestor tantum imperator contra Sertorium missus est, et ante omnes gestos magistratus consul factus. *Manut. Hotom.*

7) Quo legem de Pompeio contra piratas mittendo A. Gabinius tribunus plebis tulit. *Manut. Ora* significat 1) cuiuscunque rei extraneitatem e. g. ora vestis.

des

pervaserit, cum universus populus Romanus referto foro, repletisque omnibus templis, 8) ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum, 9) Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum auctoritas valeat in bello; ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla 10) sumantur: qui quo die a vobis maritimo bello praepositus est imperator, tanta repente vilitas annonae 11) ex summa inopia et caritate rei fru-

der Saum eines Kleides. 2) regionum fines, maritimae regiones, Seeküste, Gestade.

8) Quae circa forum sunt. V. pro Mil. Cap. 1. §. 2. *Conspici potest. Ibidem. §. 5.*

9) Bellum in piratas commune omnium gentium dicitur, quod essent infesti omnibus. V. Cap. 15. §. 42. n. 11. *Quantum auctoritas: generatim docet Cicero, quanti ponderis in bello sit auctoritas imperatoris, ergo huius, quod ante auctoritas solet esse, sine dubio est delendum.*

10) *Exempla: tria exempla proponit, quibus Pompeii auctoritas probatur. Primum est de bello maritimo.*

11) Quippe mercatores simul ut Pompeium maritimo bello praepositum audierunt, consili fore, ut praedones ex maritimis locis profugerent, et libera esset navigatio, magnum frumenti numerum Romam adduxerunt. *Not. Annona est pretium frumenti, quod e copia aut e paucitate frumenti oritur, quod anno quoque provenit, der Kornpreis; deinceps frumentum ipsum, das Getreide. Vilitas annonae wohlfeile Zeit. Et aliquando usurpatur pro post. Unius scilicet*

frumentariae consecuta est, unius spe et nomine, quantam vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Iam, accepta in Ponto calamitate, ex eo proelio, de quo vos paullo ante inuitus admonui, 12) cum socii pertinuissent, hostium opes animique creuissent, satis firmum praesidium provincia non haberet: amisissetis Asiam, Quirites, nisi id ipsum temporis 13) diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset. Huius adventus et Mithridatem

scilicet Pompeii, nec opus erat addere *hominis*, quia glossema sapit.

12) Cap. 9. §. 25. *Accepta-calamitate*: cum C. Triarius a Mithridate cum aliquot millibus caesus est. Est hoc secundum exemplum. *Satis-haberet*: discedente Lucullo iussu vestro.

13) *Id ipsum temporis* pro eo ipso tempore, in ipso puncto temporis, cum summa illius provinciae res ageretur, cum amittenda Asia esset, aut seruanda. Similiter dicitur *id aetatis* pro *ea aetate*. Graevius e codice Colonienfi et Erfurtenfi addidit *discrimen* et ita legit: *ad id ipsum discrimen eius temporis* etc. Ernesti vero, cui lectio: *ad id ipsum discrimen e. t. ad eas reg.* etc, minus sonora videtur, praesertim in hac bella et concinnitatis plena oratione, verba illa *ad id-temporis* deleri vult et istis sublati legendum censet: *nisi diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fort. pop. Rom. attulisset*, vel, si malit quis, quia est usitatus, *desulisset*. *Diuinitus*, non humano consilio. Non enim Asiae Pompeio, sed maritimi belli administratio tradita fuerat. *Manut.*

datem insolita 14) inflammatum victoria continuit, et Tigranem magnis copiis 15) minitantem Asiae retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit? 16) aut quam facile imperio atque exercitu socios et vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine ac ru-
 16 more defenderit? Age vero, 1) illa res
 46 quantam declarat eiusdem hominis apud hostes populi Romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis, tamque diversis, tam brevi tempore omnes uni huic se dediderunt? quod Cretenfium legati, cum in eorum insula noster imperator 2) exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas prope terras 3) venerunt, eique se omnes Cretenfium civitates

14) Raro enim Mithridates victor erat; victus autem antea a Sulla, a Murena, a Lucullo. *Idem.*

15) Tigranes magnis copiis Mithridatem in Pontum redeuntem secutus est; contra quem cum exercitum duceret Lucullus, ne se cum Mithridate coniungeret, a Senatu revocatus est.

16) Optima ratio. Nam si auctoritas, virtute iam parta, aliquid potest: quis dubitet, quin ipsa virtus profutura multum sit? *Manut.*

1) *Age vero*: tertium exemplum de deditioe hostium.

2) Q. Metellus, cui proconsuli bellum in Cretenfes mandatum erat. *Creta hodie Candia.*

3) Longissima Roma disiunctas, in sinibus Romani imperii remotissimas sitas.

tes 4) dedere velle dixerunt? Quid? idem iste Mithridates, nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit? eumque Pompeius legatum semper iudicavit; ii, quibus semper erat molestum, ad eum potissimum esse missum, 5) speculatorem, quam legatum iudicari maluerunt? Potestis igitur iam constituere, Quirites, hanc auctoritatem, multis postea 6) rebus gestis, magnisque vestris iudiciis 7) amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exterarum nationes valituram esse existimetis.

Reliquum est, ut de felicitate, quam⁴⁷ praestare de se ipso nemo potest, 8) meminisse et commemorare de altero possumus, sicut aequum

4) Non tantum piratae, sed et Cretaenses omnes venire in deditionem Pompeii voluerunt. Florus lib. III, Cap. 7.

5) Cum ipse quaestor tantum alii, qui idem bellum administrabant, Q. Metellus, M. Perpenna, Consulares essent. *Hoc. Speculatorem: exploratorem.*

6) Post Hispaniense bellum. *Manut.*

7) Hoc referri necesse est ad maritimum bellum, populi suffragiis ei mandatum Gabinia lege. *Idem.*

8) Non est in cuiusquam hominis potestate felicitas: pendet enim a diis immortalibus, et in eorum potestate sita est. Nam et saepe recte ac prudenter agentibus eventa parum prospere succedunt: et contra, qui consilio ac prudentia minus valent, iis interdum secunda sunt omnia. *Idem. Commemorare est praedicare ut semet ipse orator paulo post interpretatur.*

aequum est homini de potestate deorum 9) timide et pauca dicamus. Ego enim sic existimo: Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, 10) et ceteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, saepius imperia mandata, atque exercitus esse commissos. Fuit enim profecto quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem et ad gloriam, et ad res magnas bene gerendas divinitus adiuncta fortuna: de huius autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut praeterita meminisse, reliqua sperare videamur, ne aut invisa 11) diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata 12)

9) *De potestate deorum*: de re ea, quae est tota in potestate deorum, ut cavendum sit, ne in ea plus homini tribuamus. Sic bene explicat fortunam. *Timide*: Ne, quod est deorum, hominibus tribuisse videar. *Pauca*, ideo scilicet, quia timide. *Idem*.

10) *Q. Fabius Maximus Cunctator*, qui cunctando restituit rem ab Hannibale afflictam, et dictator et quinque consul fuit. *M. Claudius Marcellus*, qui primus docuit Hannibalem posse vinci. Is quoque quinque consul fuit. *P. Cornelius Scipio*, Pauli filius, qui Poenos ex Hispania eiecit, et Karthaginienses subegit. *C. Marius*, varios vicit, et septies consul fuit. Bellum itaque ludo, in quo qui felices sunt, infelices saepe fiunt, comparatur. *Idem*.

11) Si fortunam in Pompeii potestate positam fuisse dicam, quae deorum in potestate posita est. *Manut.*

12) Si

ta 12) esse videatur. Itaque non sum praedi-48
caturus, Quirites, quantas ille res domi mi-
littiaeque, terra marique, quantaque felici-
tate gesserit: 13) ut eius semper voluntatibus
non modo cives assenserint, socii obtempe-
rarint, hostes obedierint, sed etiam venti
tempestatesque obsecundarint. 14) Hoc bre-
vissime dicam, neminem umquam tam impu-
dentem fuisse, qui a diis immortalibus tot et
tantas res tacitus auderet optare, quot et
quantas dii immortales ad Cn. Pompeium de-
tulerunt. Quod ut illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cum communis salutis
atque imperii, tum ipsius hominis causa (si-
cuti facitis) 15) velle et optare debetis.

Quare cum et bellum ita necessarium sit, 49
ut negligi non possit: ita magnum, ut accu-
ratissime sit administrandum: et cum ei im-
peratorem praeficere possitis, in quo sit exi-
mia belli scientia, singularis virtus, clarissi-
ma

12) Si nec praeterita meminisse, nec reliqua sperare
videamur. Acceptorum enim beneficiorum comme-
moratio animum gratum ostendit.

13) Elegans *παράλειψις*, (praeteritio) cum maxime,
sed breviter, dicimus, quae nos non dicturos simula-
mus. *Domi militiaeque*: genitivi hi adverbialiter
positi significant: in pace et bello.

14) Et hoc poëticum, ut illud supra: *belli impetus
navigavit*. Cap. 12. §. 34. *Tempestas* in bonam et
malam partem accipitur, ut *valetudo*.

15) Quod imperia ad illum a vobis extra ordinem delata
declarant. *Manut.*

ma auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis a diis immortalibus oblatum et datum est, in rempublicam conservandam atque amplificandam conferatis? Quodsi Romae Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore: tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus. Nunc, cum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur, ut in iis ipsis locis adsit, 1) ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, 2) accipere statim possit: quid exspectamus? aut cur non, ducibus diis immortalibus, 3) eidem, cui cetera summa cum salute reipublicae commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus?

51 At enim vir clarissimus, amantissimus reipublicae, vestris beneficiis amplissimis affectus, 4) Q. Catulus; itemque summis ornamentis

1) Ubi bellum cum Mithridate est gerendum.

2) *Habent* sc. exercitum, qui in provinciis Mithridati vicinis cum imperio sunt, ut Glabrio, Proconsul Bithyniae.

3) A deorum auctoritate suadet, qui saeperant Pompeio, quique Pompeium in Asia nunc esse fecerant. *Cetera* sc. bella. *Summa est cum salute coniungendum Bellum regium, i. e. contra reges.*

4) Omnibus functus honoribus. Consulatu quidem duodecim ab hinc annis, collega M. Aemilii Lepidi, nam haec sunt populi beneficia. *Hor. At amat coniungi cum aliis particulis: enim, vero, et in occupationibus frequens est.*

5) Hor-

mentis honoris, 5) fortunae, 6) virtutis, ingenii praeditus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt. Quorum ego auctoritatem 7) apud vos multis locis plurimum valuisse, et valere oportere confiteor: sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias 8) virorum fortissimorum et clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsa re et ratione exquirere possumus veritatem: atque hoc facilius, quod ea omnia, quae adhuc a me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, et necessarium bellum esse, et magnum, et in uno Cn. Pompeio summa esse omnia. Quid 5² igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompeium: sed ad unum tamen omnia 9) deferri non oportet.

5) Hortensius consul quoque, ante annos tres, collega C. Caecilii Metelli, eloquentissimus fuit. Cicero Catulum et Hortensium, licet in hac causa adversarii sint, laudat, et tamen veritatem potius, quam eorum auctoritatem sequendam esse docet. *Idem.*

6) *Fortunae*, propter nobilitatem: *virtutis*, propter integritatem et prudentiam: *ingenii*, propter eloquentiam. *Manut. Ratione i. e. consilio.* Cornelius in Miltiade c. 3. *Cuius ratio etsi non valuit pro cuius consilium etsi non fuit acceptum.*

7) *Auctoritas* h. l. consilium. *Locis i. e. temporibus, occasionibus.*

8) Alii enim legem Maniliam suadebant, alii dissuadebant.

9) Manilius omnia, quibus Lucullus praefuerat, et Glabrio, et totum bellum in Mithridatem et Tigranem, et classes omnes, et copias navales uni Pompeio committendas

oportere. Obsolevit 10) iam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa, pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi, et in senatu contra virum fortem A. Gabinium, 11) gra-

mittendas censuit. Manilia lege omnia ad Pompeium deferri, Plutarchus docet in eius vita his verbis, quae, quia ad hunc locum intelligendum magnopere conducunt, subscribemus: *Manilius, unus e tribunis pi. legem fert, ut provincia tota, cui Lucullus praefuisset, omneque illius imperium Pompeio transmitteretur: adiungeretur etiam Bithynia, quae Glabriori obvenerat: itaque bellum adversus reges Mithridatem et Tigranem administraret: hoc amplius. classem quoque et copias omnes navales haberet, quas initio belli maritimi habuerat: quod quidem aliud nihil erat, quam ad unum universum plane Romanorum imperium deferri.*

- 10) Reiecta ac repudiata est: translate dicitur de iis quae ex usu remota reiciuntur. *Re i. e. exemplis, sive eventu belli piratici. Hort. Manut.* Incipit hic refutatio Hortensii, quae tota hoc fere syllogismo constat: si valuisset sententia Hortensii, imperium amissemus. Sed non valuit; imperium ergo retinemus.
- 11) Tribunum plebis, qui legem tulit de administratione belli maritimi Pompeio mandanda contra collegam Trebellium et Senatum. Extant apud Dionem Gabinii et Catuli orationes contrariae, idemque Dion et praeterea Plutarchus auctores sunt, legem magna Senatus dissensione latam esse, et alterum consulem, cum vehementius legi refragaretur, prope a plebe descriptum fuisse. Catulum quidem summa contentione primum repugnasse: sed postea, cognito tanto populi studio atque voluntate, destitisse. Cicero item in oratione pro Cornelio apud Asconium, et ipse quoque Asco-

graviter ornatque dixisti, cum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset: 12) et ex hoc ipso loco permulta item contra legem eam verba fecisti. Quid? tum, per deos immortales! si 53 plus apud populum Romanum auctoritas tua, quam ipsius populi Romani salus et vera causa valuisset, 13) hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur, cum populi Romani legati, 14) praetores, quaestoresque capiebantur? cum ex omnibus provinciis

Asconius, L. Trebellium tribunum pl. pertinaciter intercessisse scribunt, Senatuique promississe, moriturum se ante: quam illa lex perferretur: cum A. Gabinus introvocare tribus coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret: et aliquamdiu Trebellium ea re non perterritum adfuisse, perstitisseque in intercessione, quod omnia magis, quam perseveraturum esse Gabinium, arbitrabatur: sed postquam decem et septem tribus rogationem acceperunt, et una mens esset populi, qui supererat, ut iussum conficeret, remisit intercessionem Trebellius, atque legem Gabinus de piratis persequendis pertulit. *Hotoman.*

12) Id est, formulam (*einen Vorschlag zu einem Gesetz oder Verordnung*) populo de bello piratico Pompeio transmittendo. V. *Ernesti Clav.* in ind. legum. *Ex hoc ipso loco: ex rostris.*

13) Id est, si secundum sententiam tuam lex Gabinia lata non fuisset, et vera, i. e. bona causa reipubl. non vicisset, scilicet ut Pompeius dux in piratas legeretur.

14) V. Cap. 12.

vinciis commeatu, 15) et privato, et publico, prohibebamur? cum ita clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam 16) rem transmarinam, neque publicam 17) iam obire
18 possesumus? Quæ civitas antea umquam fuit,
54 non dico Atheniensium, quæ satis late quondam mare tenuisse dicitur, 1) non Karthaginiensium, 2) qui permultum classe maritisque rebus valuerunt, non Rhodiorum, 3) quorum

15) Ante constitutum Pompeii imperium summa Romæ fuit rei frumentariæ caritas et inopia. *Hot.*

16) Id est, mercatores navigare non auderent. *Idem.*

17) Id est, magistratus, qui in provincias mittebantur, proficisci non auderent. *Idem.*

1) Dionysius Halicarnassus, dicit lib. 1. Athenienses maritimum imperium annos duodeseptuagiuta tenuisse, usque intra Euxinum Pontum. Sed tandem a Lacedæmoniis victi sunt. *Atheniensium* sc. civitatem. *Mare tenere* i. q. maris imperium tenere.

2) De his Appianus Marcellinus in Libyco sic scribit: *Cumque iam magnam potentiam adepti essent, Libyam subiugarunt, marisque magnam partem et longinqua bella gerebant in Sicilia, Sardinia, aliisque insulis, quæ sunt in illo mari: etiam in Hispania, multaque in loca colonias mittebant; ac potentia quidem hæc illorum fuit, ut cum viribus quidem Græcorum potentiam æquarent, opibus secundum Persas excellerent.* Telles sunt Punica bella cum Romanis.

3) De Rhodiis quædam admonet Strabo libro 14. Laudat mirificam iuris legumque constitutionem, et curam tum de aliis quibusdam Reipubl. partibus, tum de rebus maritimis. Ex quo factum est, ut diu maris imperium tenuerint et piratas profligarint.

rum usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria remansit: quae civitas unquam antea tam tenuis, quae tam parva insula fuit, quae non portus suos, et agros, et aliquam partem regionis atque orae maritimae per se ipsa defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus, cuius usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanerat, magna ac multo maxima parte, non modo utilitatis, 4) sed dignitatis atque imperii caruit. Nos, quorum maiores Antiochum 5) regem classe Persenque 6) superarunt, omnibusque navalibus pugnis Karthaginenses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt, 7) ii nullo in loco iam praedonibus pares

4) Interceptis vectigalibus. *Dignitatis*: ereptis duodecim securibus, captis quibusdam legatis, quaestoribus et praetoribus. *Hot. Magna ac multo maxima pro magna immo multo maxima.*

5) Antiochus Magnus, Syriae rex, apud Thermopylae victus, et Graecia expulsus est a Manio Acilio Glabrione: victus etiam a L. Corn. Scipione, qui Asiaticus appellatus est, et ab Aemilio Regillo ad Myonensum Rhodiis adiuvantibus. Vid. Liv. lib. 36. et 37.

6) Persen, Macedoniae regem, victum a Romanis fuisse, docet clarissime triumphus Aemilii Paulli. V. Liv. lib. XLV. Cap. 42. Flor. lib. II. Cap. 12.

7) Tribus istis bellis Punicis: tertio denique Romani Karthaginiem everterunt duce Scipione minore.

pares esse poteramus. Nos quoque, 8) qui antea non modo Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos praestare poteramus: tum, cum insula Delos tam procul a nobis in Aegeo mari 9) posita, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro nihil timebat: 10) iidem non modo provinciis, atque oris 11) Italiae maritimis, ac portibus nostris, sed etiam Appia 12) iam via carebamus: et his temporibus non pudebat magistratus populi Romani, in hunc ipsum locum 13) descendere, cum eum vobis maiores vestri

8) Hoc quoque delendum esse arbitratur Ernesti, quia talem particulam non solet addere Cicero in tali forma orationis.

9) Aegaeum mare inter Asiam et Europam: hinc Graeciam Macedoniamque, illinc Cariam et Ioniam adluens. In hoc mari sita est Delos, insula celebris propter Latonae partum. Deli portus summam esse opportunitatem, Strabo lib. X. scribit: sitam enim esse percommode in Asiam ex Italia et Graecia navigantibus. *Hotoir.*

10) Opibus freta populi Romani. *Manut.*

11) Caieta, Miseno, Ostia. *de re. de satellanis oris*

12) Appius Claudius Caecus, (ante caecitatem Crassus) cum esset censor, Appiam viam a porta Capena usque ad urbem Capuam, muniendam curavit; inde Brundisium usque munita est. Cum vero sit propinqua mari, per eam iter habere, piratis mare tenentibus, sine periculo non licebat. *Manut.*

13) Locum superiorem, qui dicebatur *rostra*, de quibus Livius lib. II. Cap. 14. *Naves, inquit, An-
ijatum,*

vestri exuviis nauticis et classium spoliis ornatum reliquissent. Bono te animo tum, Q. 19 Hortensi, populus Romanus, et ceteros, qui 56 erant in eadem sententia, dicere existimavit ea, quae sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus Romanus dolori suo 1) maluit, quam auctoritati vestrae obtemperare. Itaque una lex, 2) unus vir, unus annus, non modo nos illa miseria ac turpitudine 3) liberavit: sed etiam effecit, ut aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare.

Quo

statium, partim in navalia Romae subductae, partim incensae, rostrisque earum suggestum, in foro exstructum, adornari placuit: Rostraque id templum appellatum. Ex quo loco intelligitur, locum ipsum, in quem concionatores ascendebant, rostris ornatum fuisse, id est, oratores super ipsis rostris stetisse, et ex iis, de loco scilicet superiore, (erat enim sub rostris pars inferior, unde et privati vocem mittere poterant) concionatos esse. Hotom.

- 1) Dolebat populus Romanus, mare orasque maritimas a praedonibus occupatas esse, unde Romae gravis erat annona. Nullam igitur praesens dolore audientes in contrarium sententiam, sine mora committebant Romani Pompeio, in quo maximam spem habebant, bellum maritimum.
- 2) *Lex: Gabinia. Vir: Pompeius. Unus annus:* nam intra quadraginta dies confecit bellum. *Itaque:* quo factum est, tali modo.
- 3) Nam turpe erat, portus populi Romani a piratis occupatos esse. *Aliquando saepe pro tandem usurpanti solet. Non raro tandem adiungitur, explicationis gratia et satis notum. Catil. II. c. 1.*

57 Quo mihi etiam indignius videtur obtractatum esse adhuc, 4) Gabinio dicam, ane Pompeio, an utrique? (id quod est verius:) ne legaretur 5) Aulus Gabinus Cn. Pompeio expetenti ac postulanti. Utrum ille, qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cum ceteri 6) ad expilandos socios diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint? an ipse, cuius lege salus ac dignitas populo Romano atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriae eius impera-

4) Cum Gabinus legem de mittendo Pompeio pertulisset, Pompeius impetrare tamen non potuit, ut Gabinus, postquam abiisset tribunatu, legatus sibi daretur.

5) *Legaretur* h. e. legatus daretur Pompeio. Legationem eius generis intelligit, quae non a Senatu tantum, sed a populo etiam mittebatur, omnium maxime honorifica, sumtu publico: ut legatus quasi imperatoris vicarius esset. *Hot. Legare aliquem* i. e. legatum facere aliquem, mittere aliquem, qui imperatori substituatur, qui sit belli et imperii socius atque minister. *Munus* enim legatorum erat, ut quasi vicarii quidam sui praesidis essent, eumque omni ratione, opera, et consilio iuarent. *Attic. XV. 11. Dolabella me sibi legavit.* i. e. me sibi substituit, ut essem belli socius, er hat mich zu seinem General-Lieutenant, Unterfeldherrn gemacht.

6) *Ceteri* significat Lucillum, quem saepe in hac oratione latenter pungit. *Constituta* i. q. firmata, stabilita. *Periculo*: nam si quam exercitus offensionem accepisset, eius offensionis culpa legislatori et auctori adscripta fuisset.

peratoris atque eius exercitus, qui consilio
 ipfius atque periculo est constitutus? An C. 58
 Falcidius, Q. Metellus, Q. Coelius Lati-
 nienfis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris
 causa nomino, cum tribuni plebis 7) fuiſſent,
 anno proximo legati eſſe potuerunt: 8) in hoc
 uno Gabinio ſunt tam diligentes, 9) qui in
 hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc
 imperatore atque exercitu, quem per vos 10)
 ipſe conſtituit, etiam praecipuo iure eſſe 11)
 deberet? de quo legando ſpero conſules ad
 F 2 ſenatum

7) *Tribuni plebis* dicebantur, quorum iudicio, quae
 et ſenatus decreviſſet, ſubiiciebantur. Erant enim
 magiſtri plebis, veluti cuſtodes libertatis et ſacro-
 ſancti. Nec poterat ſine eorum auctoritate ſenatus
 conſultum fieri. Nam ſi interveniſſent tribuni, non
 poterat *ſcſtum* appellari, quod decreviſſet ſenatus
 cum conſulibus, ſed tantum *auctoritas* dicebatur.

8) Significat hunc morem fuiſſe, ut ne ii, qui tribuni
 plebis fuiſſent, legati anno proximo iis eſſent impera-
 toribus, qui tribunis illis conſtituti fuiſſent. *Hot.*
 Sed extra ordinem hoc neglectum aliquando fuit.

9) In retinendo more maiorum, quo tribunis pl. anno
 poſt tribunatum proximo legatos eſſe non licebat.
Hot. Reſpicit ſimul ad legem Aebutiam, quae lata
 eſt ab Aebutio, incertum, quo tempore. Hac lege
 cautum fuit, ne quis ſibiſmet ipſi aut collegis potesta-
 tem aut curationem ferret.

10) *Per vos* i. q. in ſine huius capitis: *veſtris ſuffra-
 giis*, mit eurer Beſtimmung, Bewilligung.

11) *Praecipuo iure eſſe* i. e. legibus ſolutus eſſe. No-
 tanda locutio: nam hoc ipſum eſt, quod vulgo dici-
 mus, *privilegium aliquod habere*. *Hot.*

senatum relaturos: 12) qui si dubitabunt, 13) aut gravabuntur; 14) ego me profiteor relaturum: 15) neque me impedit cuiusquam, Quirites, inimicum edictum, 16) quo minus, fretus

12) Ius relationis ad Senatum erat apud omnes, quibus ius senatum convocandi competeat. Erat ergo apud dictatores, consules, praetores, tribunos plebis, et praefectos urbis. Observandum autem est, minorem magistratum non potuisse habere senatum, nisi absente maiore; quod tamen non obtinuit in tribunis plebis, qui etiam invito consule senatum cogeant. Si ergo consules in urbe essent, ipsi tantum referebant.

13) Id est, non audebunt, metuentes malam gratiam contra sentientium. Vult enim Gabinium iam legatum Pompeio dari contra Mithridatem, et si Coss. nolint, Cicero ad senatum referet, licet tum tantum praetor esset.

14) Non libenter facient.

15) *Referre ad senatum* de re aliqua consules et alii magistratus dicebantur, qui rem in Senatu agitandam, deliberandam, decernendamque proponebant, rogantes senatorum sententias. Cicero praetor dicit, se ad senatum relaturum de re aliqua, quod est de egressione relationis intelligendum. Senatores enim ius habebant, cum de aliqua re consules retulissent, et sententiae dicendae ordo ad se pervenisset, non solum de eo, de quo interrogati essent, sed etiam de alia quadam re sententiam dicendi, de qua relatum a Coss. non esset. *Graev. V. Ernesti Clav. in referre.*

16) Si quis edixerit, ne quis, praeter consules, ad senatum referret, aut egrederetur relationem. *Manut. Edictum edere* autem consulis erat. *Liv. XL. Cap. 19. et senatus censuit, et consules edixerunt.* Significat igitur noster, se ne consulis quidem edicto avocatum iri ab hoc consilio, et ab hac sententia. *Heum.*

17) Prae-

stretus vobis, vestrum ius beneficiumque 17) defendam: neque praeter intercessionem, 18) quidquam audiam; de qua (ut arbitror) isti ipsi, qui minantur, 19) etiam atque etiam, quid liceat, 20) considerabunt. Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinius, belli maritimi rerumque gestarum auctor, 21) comes Cn. Pompeio adscribitur; propterea quod alter 22) uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit; alter delatam susceptum, que confecit.

Reliquum est, ut de Q. Catuli auctori-20
tate et sententia dicendum esse videatur; qui 59
cum

- 17) Praeturam intelligit Hotomannus, praetorumque ius, ad senatum referendi.
- 18) *Intercessionem* sc. tribunorum, *Einsprache der Tribunen*, ne fiat senatus consultum de Gabinio mittendo. Blanditur populo, cum se solis tribunis plebis intercedentibus cessurum esse dicit. *Manut.*
- 19) Se intercessuros, aut, alii ut intercedant, operam duros. *Idem.*
- 20) Aldus dedit *qui id liceat*.
- 21) Id est, qui vobis legem suavit, qua Pompeio bellum maritimum mandaretur, et ideo auctor fuit (mediate) istarum rerum, quas gessit Pompeius in isto bello, et propterea in hoc Mithridatico socius eius esse debet.
- 22) *Alter*: Gabinius. *Uni*: Pompeio. *Suffragium* nota voluntatis, dicebatur de aliquo magistratum legendo, quae vel voce ferebatur, vel in tabella describatur, Stimme bei der Wahl. *Alter*: Pompeius.

cum ex vobis quaereret, 1) si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid de eo factum esset, 2) in quo spem essetis habituri; cepit magnum suae virtutis fructum, ac dignitatis, cum omnes prope una voce, IN EO IPSO VOS SPEM HABITUROS ESSE, dixistis, 3) Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio, 4) quod, quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis respublica, dum per deos immor-

- 1) In legis Maniliae dissuasiōe. Sequitur iam inde a cap. 29. confutatio Catuli, qui duos syllogismos habuisse videtur. Prior sic est; in quo tota spes est, is in bellum mitti non debet. Atqui in Pompeio etc. Ergo.
- 2) Si quid humanitus ei accidisset, si mortuus esset.
- 3) Roganti Catulo respondistis. Vide Valer. Max. lib. VIII. Cap. 15. n. 9. et Plutarch. in Pompeio, ubi ita; *Cum autem Catulus contra legem diceret, populus ipsum reveritus dum cum silentio attendit. Ubi vero multa large et honorifice de Pompeio loquutus sententiam dixit, conservandum, neque obiciendum periculis ac bellis continujs talem virum; alioqui quem, inquit, alium habituri estis, illum si amiseritis? omnes una voce acclamarunt, te ipsum. Catulus igitur, cum persuadere non posset, desinit. Hot.*
- 4) Catuli syllogismo alium opponit: Summi hominis vita, dum licet, frui debemus. Pompeius summus homo est. Vita ergo eius frui debemus, dum licet.

immortales licet, frui debet summi hominis vita atque virtute. At enim nihil novi fiat⁶⁰ contra exempla atque instituta maiorum. 5) Non dico hoc loco, maiores nostros semper, in pace consuetudini, 6) in bello utilitati paruisse; semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse: non dicam, duo bella maxima, Punicum et Hispaniense, 7) ab uno imperatore esse

- 5) *At enim maiorum*: haec erat sententia Catuli. Ad quam respondet, 1) maiores in bello plus utilitati, quam consuetudini paruisse, quod confirmat duobus exemplis Scipionis sc. et Marii. §. 60. 2) Multa nova in Pompeio summa Catuli voluntate constituta fuisse. §. 61. 62. 3) Iniquum esse populi Rom. iudicium huius auctoritate improbari. §. 63. 4) Neminem ad hoc bellum administrandum Pompeio magis idoneum esse. §. 64-67. 5) Opponit Catulo auctoritatem summorum virorum. §. 68.
- 6) Id est, nihil novi fecisse. In bello autem Marii vox saepe valuit, scilicet, *silent leges inter arma*.
- 7) Quorum altero Karthaginem ipsam, altero Numantiam, P. Scipio Aemilianus, sive Africanus minor, Pauli filius, delevit. Qui cum tantum Aedilitatem peteret, et intra decem annos consul fieri non posset, legibus solutus est, et consul creatus, in Africam missus, Karthaginem expugnavit. Postea cum bellum Numantinum longius duceretur, delatus est ultro Scipioni Africano a Senatu populoque Romano consulatus: quem cum ille capere ob legem, quae vetabat, quemquam intra decem annos iterum Consulem fieri, minime vellet, sicuti priori consulatu legibus solutus est, et quarto decimo anno post Karthaginem deletam Numantiam, Hispaniae urbem, cepit,

esse confecta: duas urbes potentissimas, quae huic imperio maxime minabantur, Karthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas: non commemorabo, nuper ita vobis patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario 8) spes imperii poneretur, ut idem cum Iugurtha, 9) idem cum Cimbris, 10) idem cum Theutonis 11) bellum administraret. In ipso Cn. Pompeio, 12) in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint

cepit, captamque delevit. Flor. lib. III. Cap. 3.
Hotoman. Manut.

8) Nam septies consul fuit.

9) *Iugurtha*: rege Numidiae, quem Marius vicit, duxitque cum duobus filiis in triumpho, *Cam* est id quod *contra*.

10) *Cimbri*, populi Germaniae in Chersoneso ab Albis ostio in septentrionem longe procurrente, quae Cimbria ab iis dicitur, hodie *Jutland*.

11) *Teutoni*, populi Germaniae veteris ad sinum Codanum, et in insulis eius sinus. Hi post victoriam Marii Cimbris, quorum ducenta millia traduntur caesa, capta nonaginta, se iunxere; sed praelio eos vicit Marius, in quo caesa traduntur hominum centum quadraginta millia, capta sexaginta. *Hotom.* Ceterum animadvertite *praeteritionem*, non dico, non dicam, non commemorabo.

12) Iam dicit, quae propter utilitatem reipublicae antea in Pompeio nova sint constituta, ubi insignis verborum copia observanda est, et anaphora: *quid tam novum, quid tam praeter consuetudinem, quid tam inauditum, quid tam inusitatum, quid tam singulare, quid tam incredibile? Voluntate: concessu.*

1) An-

sint nova, summa Q. Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid enim tam novum, quam adolescentulum, 1) privatum, exercitum difficili reipublicae tempore 2) conficere? confecit. Huic praeesse? praefuit. Rem optime ductu suo gerere? gessit. 3) Quid tam praeter consuetudinem, quam homini peradolescenti, 4) cuius a senatorio gradu aetas longe abesset, 5) imperium atque exercitum dari? 6) Siciliam permitti, atque

1) Annos natum viginti tres. V. Cap. 10. Vell. Pat. lib. II. Cap. 29.

2) Italico bello, periclitante republica. *Conficere* i. e. colligere, cogere. *Exercitum*: legiones tres.

3) Vicit enim, cepitque Carbonem.

4) Ante annum aetatis vigesimum quartum. *Manut.*

5) In senatoribus legendis haec quinque potissimum spectabantur, *genus, ordo, census, aetas, et magistratus*. Quae vero legitima haec aetas fuerit, non satis constat. Ex iis autem fere, qui iam *magistratum* aliquem gessissent, lecti sunt senatores, primusque, qui in urbe caperetur, magistratus fuit quaestura. Inde sequitur, neminem ante quaestoriam aetatem senatorem fieri potuisse, sive annum post quaesturam fuisse senatorium. Quaestoria vero aetas non satis constat: alii tricesimum primum, (quo aetatis anno Cicero quaesturam gessit,) alii vigesimum sextum, vel septimum annum quaestorium fuisse dicunt. Qui vero hoc magistratu functus erat, in senatum venire poterat, licet ipse senator nondum lectus esset. Primo quidem senatus lectus fuit ab ipsis regibus, iisque pulsus, a consulibus.

6) Ut in Sicilia contra Carbonem, in Africa contra Domitium, et Hiabam, Numidiae regem, bellum gereret.

atque Africam, bellumque in ea administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. 7) Quid vero tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? 8) at eam quoque rem populus Romanus non modo vidit, sed etiam omni studio visendam et con-
62 celebrandam putavit. 9) Quid tam inusitatum,

reret. *Manut.* Hamilcarem quoque *admodum adolescentulum exercitui praefuisse*, scribit Corn. Nepos in eius vita Cap. 1. *Heum.*

7) Reduxit in patriam.

8) Ex Africa, de Hiarba rege, L. Sulla dictatore, qui revertenti ad urbem obviam proliit, et Magnum appellavit. *Manut.* Plutarchus scribit, eum potuisse quidem in senatum adscribi, sed gloriosius duxisse, si tantum eques triumpharet. Triumphus decernebatur a senatu duci, qui ultra quinque millia hostium, iusto bello, una acie, occidisset, ita, ut victoria illa imperium Romanum esset auctum. Val. Max. lib. II. Cap. 8. Die certo a senatu constituto imperator, veste triumphali indutus, et laurea corona ornatus, currui pretioso, quatuor equis albis plerumque tracto insistens, per urbem ad Capitolium vehebatur, praecedente senatu et comitante magna civium turba, qui omnes albis vestibus erant induti. Currum etiam praecedebant reges, vel duces captivi cum sua familia, catenis aureis vel argenteis vincti, quos imperator deinde in carcerem duci, et ibi necari iubebat.

9) Sensus est: non modo vidit, sed etiam studiose et frequenter spectavit, magna frequentia honestandam putavit, scilicet, quia triumphus ei extra ordinem de-

tum, quam ut, cum duo consules 10) clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum 11) formidolosissimumque pro consule 12) mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cum esset non nemo 13) in senatu, qui diceret, *Non oportere mitti hominem privatum pro consule*; L. Philippus 14) dixisse dicitur, *Non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere.* Tanta in eo reipublicae

cretus est, cum esset adolescentulus, nondum senator. *Manut.*

- 10) D. Iun. Brutus et Mamercus Aemilius Lepidus Livianus. *Idem.* Hotom. intelligit Marc. Lepidum et Q. Catulum. Flor. lib. III. Cap. 23.
- 11) Sertorianum, cum dux unus sufficere Q. Metellus Pius non videbatur. Flor. lib. III. Cap. 22. *Idem.*
- 12) Disputatur de forma huius verbi, an aliquis dicendus sit *proconsul* unica voce, an vero *pro consule*: sed haec res magni momenti non est, et utrumque apud probos auctores inveniri constat. Saepius tamen Cicero habet alteram formam *pro consule*. Proprie autem *Pro Consul* est, qui non Consul, tamen consulis potestatem habet, cum imperio consulari exercitum, aut provinciam cum exercitu obtinet; cui bellum gerendum consulari imperio mandatum est. V. *Ernesti Clav. in Proconsul.*
- 13) Nemo: *Niemand*; Non nemo; *Iemand*; nemo non: *Iedermann*.
- 14) Optimus suae aetatis orator post L. Crassum et M. Antonium. *Pro consulibus*: quasi utrumque eorum, qui tum consules erant, pro nihilo haberet. Intelligendum est de iis, qui bello Sertoriano vivebant.

cae 15) bene gerendae spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quam ut ex senatusconsulto legibus solutus, 16) consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? 17) quid tam incredibile, quam ut iterum
eques

15) *Respublica* tribus modis dicitur: primo, de universa civitate aut imperio: quod ubi est, reddi potest, *der Staat, die Republik*. Deinde de singulis eius partibus, quae commemorantur commode ab ipso Cicerone Sext. 46. Tertio de quacunque actione, negotio, quod publicae utilitatis causa suscipitur, aut quocunque modo ad rempubl. pertinet. Hoc loco significat *respublica* bellum, rem militarem. Ergo semper videndum, ad quod genus quique locus referendus sit. V. *Ernesti Clav.*

16) *Solvi legibus* dicuntur, quibus praecipuo iure ut sint, neque legibus teneantur, senatusconsulto permittitur. Vulgo dicunt *dispensare*. *Hot.* Decem enim annis antequam ei per leges liceret, quaestura nondum gesta, ex equite Romano consul factus est. *Manut.*

17) Consulatum cepit annos natus triginta tres. Consulatus vero annus legitimus fuit annus quadragesimus tertius: praeturae quadragesimus: aedilitatis tricesimus octavus: quaesturae tricesimus. Si verum Cicero dixit, quaesturam magistratum non putavit, sed primum magistratum aedilitatem. Tullii mens ergo haec est: Pompeius factus consul, cum nec illum, nec alium magistratum curulem capere posset: vel quia non legitime professus, vel potius, quia eques adhuc Romanus erat, et nondum quaestor. Lex autem Cornelia transire ad ullum magistratum vetuit, quaestura nondum gesta.

eques Romanus ex senatusconsulto triumpharet? 18) quae in omnibus hominibus nova post hominum memoriam 19) constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam haec, quae in hoc uno homine vidimus. Atque haec tot 63 exempla, tanta, ac tam nova, profecta sunt in eundem hominem a Q. Catuli atque a ceterorum eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. 20)

Quare videant, ne sit periniquum et non 22 ferendum, illorum 1) auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate a vobis comprobata[m] semper esse: vestrum ab illis de eodem homine iudicium, populi[que] Romani auctoritatem improbari: praesertim cum iam suo iure 2) populus

18) Ex Hispania, victo Sertorio, cum antea triumphasset ex Africa, victo Hiarba. Vide Valer. Max. lib. VIII. Cap. 15. *Ex senatusconsulto*: quia missus erat in Hispaniam a senatu, non a populo. *Man.*

19) Omnibus saeculis. *Exempla* sc. in uno Pompeio constituta.

20) Catulus enim, qui nunc Maniliam legem dissuadebat, ceterique senatores tantis honoribus Pompeium decoraverant, et Catuli hortatu in Sertorium missus est.

1) Scilicet senatorum. Sensus est: vos semper illorum consilium secuti estis, cum haec in illo praeter consuetudinem et maiorum instituta constituebant, illi ergo et vestram de Pompeio sententiam comprobare debent. *Videant*: considerent.

2) Id est, nemine impediante, cum nemo possit prohibere et impedire, qui dissentiat. *Graev.* Ius est potestas in aliquam rem, sive iusta, sive iniusta.

Unde

populus Romanus 3) in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere: propterea quod, istis reclamantibus, 4) vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello praedonum praep⁶⁴oneretis. Hoc si vos temere fecistis, et reipublicae parum consulistis; recte isti studia vestra suis consiliis regere conantur: fin autem vos plus tum in republica vidistis; vos, his repugnantibus, per vosmetipsum dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: 5) aliquando isti principes, et sibi, et ceteris, populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico et regio, non solum militaris

Unde suo iure facere aliquid dicuntur, qui libere, pro arbitrio, nemine impediante, impune faciunt. Ergo suo iure est sine istorum auctoritate, nemine impediante.

3) *Populus* triplici fere sensu accipitur. Primo enim notat *universam aliquam gentem*, ut cum dicimus e. g. *fortitudinem populi Romani*. Deinde aliquando opponitur *senatui*, ut in celebri illa formula, quae his litteris denotatur S. P. Q. R. significantibus *senatum, populumque Romanum*; ita et hoc loco. Tum ergo est *populus ordo plebeius et equestris*. Tertia significatio est, cum omnes, qui neque senatores, neque equites sunt, *de populo esse dicuntur*, sive de ordine populari.

4) *Istis reclamantibus*: repugnantibus sc. senatoribus. *Delegistis*: lege Gabinia.

5) Cum Pompeium bello piratico praefecistis. *Principes*: optimates.

6) Ut

taris illa virtus, quae est in Cn. Pompeio singularis, sed aliae quoque virtutes animi multae 6) et magnae requiruntur. Difficile est in Asia, Sicilia, Syria, regnisque interiorum nationum ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud, quam de hoste ac de laude cogitet: 7) Deinde etiamsi qui sunt pudore ac temperantia moderatiores; tamen eos esse tales, propter multitudinem 8) cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, 65 Quirites, quanto in odio sumus apud exterarum nationes, propter eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, 9) iniurias ac libidines. Quod enim sanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse? urbes iam locupletes ac copiosae requiruntur, 10) quibus
causa

6) Ut temperantia, fides, humanitas. Cap. 13.

7) Cum et procul a vobis remoti sint, et in locis versentur opulentissimis. Consulatur oratio Manlii ad exercitum apud Livium lib. XXXVIII. Cap. 17, *Hot.* *Interiores gentes* sunt remotiores ab ora maritima, adeoque etiam Roma, interiores autem Asiae. *De hoste* sc. vincendo; et non de lucro faciendo.

8) Quales enim plerique sunt, tales plerumque omnes existimantur. *Hotom.* *Cupidorum*: avarorum.

9) Glabrimonem significare videtur, qui successor Lucullo missus fuerat. *Iniurias*: furta, rapinas. *Idem.*

10) Sensus est: urbes iam locupletes omni studio a rapacibus et avaris magistratibus requiruntur, quae bello laceffantur, et quibus detur occasio belli adversus nos excitandi, ut postea fenestram apertam habeant.

causa belli, propter diripiendi cupiditatem, 66inferatur. Libenter haec coram cum Q. Catulo et Q. Hortensio disputarem, 11) summis et clarissimis viris. Noverunt enim sociorum vulnera: vident eorum calamitates: querimonias audiunt. 12) Pro sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione, contra socios atque amicos? quae civitas est in Asia, quae non modo imperatoris, aut legati, sed unius tribuni militum 13) animos ac spiritus capere possit?

23) Quare, etiamsi quem habetis, qui collatis signis 1) exercitus regios superare posse videatur:

beant, ad eas urbes, utpote hostiles, expilandas ac diripiendas. *Hotom. Propter cupiditatem: ex cupiditate.*

- 11) *Disputarem*: differerem. Utrumque dicitur et disputare aliquam rem, et de aliqua re. *Coram*: adverbialiter, *mündlich*, intra privatos parietes,
- 12) Eorum enim querimoniae ad senatum perferuntur.
- 13) Singulis legionibus, quae sex millium militum erant, seni praeficiebantur, modo a populo, modo ab imperatoribus creati. Tribuni militum ergo sunt in legionibus, ut praefecti in turmis, subiecti legato, ut ipsis centuriones. *Hotom. et Ernesti Clav. Non modo pro non dicam. Capere i. e. satiare.*
- 1) Signa militaria sunt vexilla; sic dicta ab effigie animalium, quae in illis fieri consueverant, et quibus pro signis utebantur, ut lupi, equi, apri etc. unde dictiones, *signa conferre, inferre* i. e. imperum facere in hostem. Legioni cuique una erat *aquila*, ex auro, vel ex argento facta, quae perlicae praefixa expansis alis super hastam stabat; at tot *signa* erant.

deatur: tamen, nisi erit idem, qui a pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum, qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit; non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum regiumque mittatur. Ecquam putatis civitatem pa-⁶⁷catam fuisse, quae locuples sit? ecquam esse locupletem, quae istis 2) pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit. Videbat enim populum Romanum non locupletari 3) quotannis pecunia publica, praeter paucos; neque nos quidquam aliud

erant, quot manipuli: hi autem triginta in legione. *Qui a pecuniis:* omnes edd. habent. *qui se a pecuniis,* sed delevi se, suadente Heumanno. Quisque totum locum lecturus assentietur.

2) Rapacibus imperatoribus. *Pacatam fuisse:* pacem nobiscum coluisse, sive in pace a nobis esse relictam. cap. 22. *Requisivit i. e.* studiose quaesivit, desideravit.

3) *Videbat* ad oram maritimam potius, quam ad populum Romanum referri debet. Hinc legendum est *populum Romanum,* pro *populus Romanus.* Sensus est, ora maritima videbat, pecuniam publicam et vectigalem non referri in aerarium, ut populi Romani universi fieret, sed a paucis civibus potentioribus interverti; videbat, tantum paucos de populo Romano locupletari, qui cum imperio mitterentur; eos autem nihil bello gerendo efficere, nisi etc. *Hot. Lamb. Ernesti. Praeter paucos,* id est, Exceptis paucis.

aliud assequi clasium nomine, nisi ut, detrimentis accipiendis, maiore affici turpitudine videremur. Nunc, qua cupiditate homines in provincias, quibus iacturis, 4) quibus conditionibus proficiscantur, ignorant videlicet 5) isti, qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur. Quasi vero Cn. Pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam 6) alienis vitiis magnum esse videamus. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot 6) unus inventus fit, quem focii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quodsi auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis: est

4) *Iacturas* vocat largitiones illas pecuniarum factas in eos, per quos obtinere provincias. *Conditiones* respondent iacturis; sunt ergo largitiones, promissa pecunia, pro qua emtae sunt provinciae. V. Ernesti Clav.

5) *Videlicet* servit ironiae. Dixit enim paullo ante: *noverunt sociorum vulnera* etc. Cap. 22. §. 66. Hinc cum Heutmanno delendum censui signum interrogationis post *arbitrantur*, reponendumque punctum. *Cum-tum*, post quod interdum ponitur, ut h. l. *ettam*: non solum, sed etiam.

6) *Inter annos tot* est per tot annos. Quod vero Graevio non satis latinum videtur. Delet iste potius ex Schotti coniectura *annos*, et ad *inter tot* subintelligit imperatores, qui, ut suas locupletarent arcas, publicam rem male gesserant. De latinitate quidem hic non est dubitandum, sed *huic uni* et *inter tot unus* melius sibi respondent. Hinc *annos* ut intrusum cum Graevio deleverim. *Auctor*: qui rem facere suadet.

est vobis auctor, vir bellorum omnium 7) maximarumque rerum peritissimus, P. Servilius: 8) cuius tantae res gestae terra marique exstiterunt, ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior nemo esse debeat: est C. Curio, 9) summis vestris beneficiis, maximisque rebus gestis summo ingenio et prudentia praeditus: est Cn. Lentulus, 10) in quo omnes, pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam gravitatem esse cognoscitis: est C. Cassius, 11) integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, num horum auctoritatibus, 12)

G 2

illorum

- 7) Id est, bellorum omnis generis, terrestrium, maritimarum, internorum, externorum. Cap. 10. *Quod denique genus-reipublicae. Heum.*
- 8) Cognomine Isauricus. Consul fuit cum Appio Claudio. Proconsul in Cilicia Isauros domuit, cum praedonibus aliquoties conflixit, arces eorum validissimas Phaselium et Olympum evertit, Isaurumque ipsam Ciliciae arcem delevit, unde Isauricus cognominatus est. *Hotom.*
- 9) *C. Scribonius Curio*, qui cum Cn. Octavio Consul fuit annis ab hinc decem. Proconsul de Dardanis triumphavit e Macedonia rediens. Flor. in epit. lib. 92. *Idem.*
- 10) Cn. Cornelius Lentulus, Clodianus, qui Consul fuerat cum L. Gellio. *Manut. et Ernesti Clav.* Cum Spartaco pugnavit. Flor. III. Cap. 20.
- 11) C. Cassius Varus, qui Consul fuit cum M. Tullio Varrone Lucullo, ante Cn. Lentulum anno proximo. *Manut. et Ernesti Clav.*
- 12) Per horum auctoritates; est enim auctoritatibus ablativus. *Videte, num id est, perpendite, an Cicero*

illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur.

24 Quae cum ita sint, C. Manilii, primum 69 istam tuam et legem, et voluntatem, 1) et sententiam laudo vehementissimeque comprobo: deinde te hortor, ut, auctore populo Romano, maneas in sententia, neve cuiusquam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi perseverantiaeque arbitror: deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam nunc iterum 2) in eodem homine praeficiendo videmus:

Cicero nequaquam dubitat, auctoritatibus consularium orationi dissentientium responderi posse. Id hoc loco est alienum, nec sensus negativus potest admitti. Ergo Gruterus male pro *num* rescripsit *ut*. Hoc potius vult Cicero, orationem dissuadentium plane reiici atque refutari auctoritate summorum virorum. *Oratio* interdum brevem quoque sermonem significat, sed fere per contentum. Cap. 17. §. 52.

1) *Voluntas* h. l. consilium. *Auctor*, defensor quicumque, qui alicuius rem causamque gerit, *auctore populo Romano* id quod *auctoritate populi Romani*. Continetur hoc capite peroratio, ubi laudat Manilii sententiam eumque ut in sententia maneat hortatur. Pollicetur deinde operam suam et removet a se omnem suspicionem, ne legem hanc sui ipsius causa suadere videatur.

2) Ita bene et recte legitur. Hoc enim Cicero dicit, nunc iterum tantam adesse hominum multitudinem ad hanc legem ferendam, quanta antea confluerat ad maritimum bellum ei committendum. Vulgo *non iterum vidimus*. In eodem homine designat Pompeium. *Praeficiendo* sc. exercitui, vel bello.

3) *De*

mus: quid est, quod aut de re, aut de perficiendi facultate 3) dubitemus? Ego autem, quidquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi Romani, atque 4) hac potestate praetoria, quidquid auctoritate, fide, constantia possum; id omne ad hanc rem conficiendam, tibi et populo Romano polliceor ac defero. Te-70
storque omnes deos, 5) et eos maxime, qui huic loco temploque 6) praesident, 7) qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam aedeunt, maxime perspiciunt, me hoc neque
roga-

3) *De re:* de tanto viro deligendo, *De perficiendi facultate,* cum e summa populi Romani frequentia, summoque studio, quid de promulgata lege sentiat, facile cognoscatur. *Manut.*

4) *Atque pro id est.* Ipsam enim hanc potestatem praetoriam sive munus praetoris, quod tum gerebat, vocat populi Rom. beneficium. *H. um.*

5) Removet omnem suspensionem, ne legem hanc suadere videatur in gratiam Pompeii, aut ad consulatum consequendum, sed reipublicae causa.

6) *Templum* 1) regio coeli, quam augures auspicia capturi lituo definiabant et notabant. 2) Quoniam hic locus sanctus erat, propterea omnis locus inauguratus templum dicitur. Sic locus pro rostris, ubi conciones habebantur, quod valet hoc loco. Suggestus in foro, rostris navium ornatus, ex templo prominebat, et ipsum templum *Rostrum* est appellatum.

7) Dū praesides maxime Iupiter, Castor etc. *Qui perspiciunt hoc est,* qui omnium quidem mentes perspiciunt, sed eorum maxime, qui remp. administrant. Ita paulo ante; *et eos maxime, qui.*

rogatu 8) facere cuiusquam, neque quo Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc causam 9) conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine, aut praesidia periculis, aut adiumenta honoribus quaeram: proterea quod pericula facile, ut hominem praestare oportet, 10) innocentia tecti repellamus: honores autem neque ex hoc loco, sed eadem nostra illa laboriosissima ratione vitae, 11) si vestra voluntas feret, 12) consequemur.

71) Quamobrem, quidquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id omne me reipublicae causa suscepisse confirmo: tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quaesivisse videar, ut multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas, mihi non neces-

8) Cn. Pompeii absentis, aut eius amicorum. *Manut.*

9) Hanc legis suasionem. *Adiumenta honoribus*, sc. ad consulatum.

10) Quatenus praestare homo debet, innocentiae praesidio. *Manut.* *Honores autem neque*: ex Mss. nonnullis Gruterus et Graevius, correxerunt *Honorem*, quia unus consulatus ex annuis magistratibus Ciceroni superfuit. Sed ipse Cicero repugnat huic correctioni. Nam et ante sunt *adiumenta honoribus*, iisque hoc loco *honores* respondent. Satis etiam notum est, *honores* quoque de singulis magistratibus dici; quamquam et *honor* dicitur, sed cum de certo gradu nominatim dicitur, ut max *me hoc honore praeditum*, sc. praeturae.

11) Quam ab ineunte aetate suscepimus: fuit autem defendendis privatis, et studiis totus deditus. *Pro Arch. Cap. 1.*

12) Honores enim vestra beneficia sunt. *Manut.*

13) Nam

necessarias, 13) vobis non inutiles, 14) intelligam me suscepisse. Sed ego me hoc honore praeditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem, 15) et reipublicae dignitatem, 16) et salutem provinciarum atque sociorum, meis omnibus commodis et rationibus praeferre oportere. 17)

- 13) Nam, quod ad me attinet, simultatibus his carere potui. *Idem.*
- 14) Perspecta enim civium voluntate, facile bonos a malis distinguetis. *Idem.* Hic secutus sum Lambini lectionem, quae vulgatae longe praeferenda videtur. Vulgata habet *intelligam* statim post *apertas* et *me* in ea plane deest. Ceterum observetur *λιτότης* in *non inutiles*, pro utilissimas ac reip. quam maxime salutaros.
- 15) Multis de Pompeio iudiciis patefactam, *Hoc honore* praetura. *Idem.*
- 16) Agitur enim populi Romani gloria: quae cum ei magna in omnibus rebus, tum summa a maioribus in re militari tradita est. *Provinciarum*: in quibus vectigalia vestra sunt. *Sociorum*: et populorum et regum. *Idem.*
- 17) Si gratus erga vos, si bonus in republica civis esse volo. *Idem.*

M. TULLII CICERONIS

PRO

A. LICINIO ARCHIA

POËTA

O R A T I O,

habita anno aetatis 46. urbis 693.

A R G U M E N T U M.

A. Licinius Archias, Antiochiae in Syria natus, qui cum poëtica floreret laude, ubique iam in Italia clarus esset, primum a Tarentinis, Rheginis, Locrensibus et Neapolitanis civitate donatus est, deinde, cum imprimis apud principes quasdam Romanos esset gratosus, hoc etiam singulari eorum studio consecutus est, ut Heracleae adscriptus in civium Rom. numerum reciperetur. Sed ei litem de civitate postea intendit Grattius quidam; eumque reum fecit lege Plautia Papiria de civitate, qua cautum erat, ut, qui foederatis civitatibus adscripti essent, si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, et sexaginta diebus apud Praetorem essent professi ii de-

num

*num cives haberentur. Respondet ad-
versario Cicero atque demonstrat, Archiam
in civitatem Heracleam, de cuius foedere
constabat, adscriptum fuisse, domicilium
in Italia habuisse, et apud Q. Metellum
praetorem professum esse. Satisfecisse ergo
eum legi Carbonis et Silvani, vereque esse
civem Romanum. Causam vero, quia erat
facilior, brevissime expedivit, et omnia ad-
versarii argumenta leviter admodum et per-
functorie diluit. Itaque ut iustae ratio-
nis mensuram impleret, arripuit occasio-
nem, cum in humanitatis inprimisque poë-
ticae facultatis, tum in ipsius Archiae lau-
des digrediendi, ostenditque, civitate Ro-
mana Archiam esse dignissimum. Habita
est oratio M. Pupio Pisone et M. Vale-
rio Messala Coss. annum agente Cicerone
XLVI. et Archia LVIII. Partes autem
eius sunt;*

I. Exordium, ubi Cicero

- 1) *causam asserit, cur ad dicendum pro
Archia surgat, eiusque laudes recen-
seat, quae sunt eo maiores, quo ma-
gis Archiae hortatu atque praeceptis
orator ad optima studia traductus
fuerat. §. 1. 2.*
- 2) *benevolentiam auditorum captat, ro-
gatque, ut sibi liceat, praeter iudi-
ciorum consuetudinem novo dicendi
genere*

genere uti, et litterarum patrocinium suscipere; id quod ideo facit, ut Archias laudatione potius, quam defensione egere videatur. §. 3.

II. *Propositio, quae duas res probandas sistit:*

- 1) *Archiam poëtam esse civem Romanum,*
- 2) *si non esset, dignum tamen, qui in civium numerum recipiatur. §. 4.*

III. *Narratio exponit studia, patriam famam et peregrinationes Archiae, et quos passim amicos et patronos habuerit, cum tandem auctoritate et gratia Luculli civitatem ab Heracleensibus impetrarit. §. 4-7.*

IV. *Confirmatio, et quidem*

- 1) *prioris partis propositionis, quae nititur Silvani lege et Carbonis. Demonstrat enim,*
 - a) *Archiam in civitate foederata, Heracleae scilicet, fuisse adscriptum, testimonio Luculli et legatorum Heracleensium: quod autem de tabulis non prolatis obiici poterat, infirmat et casu tabularii cremati, et auctoritate testium. §. 8.*
 - b) *domicilium Romae Archiam tum, cum lex ferebatur, habuisse, inde arguit, quod etiam multis annis ante ibidem habitavit. §. 9.*
 - c) *sexa-*

e) sexaginta diebus apud praetorum Q. Metellum eum esse profectum, adeoque legem Silvani et Carbonis ex asse implevisse. §. 9. 10. refutatur simul id, quod de censu opponebatur. §. 11.

2) alterius partis, quam sequenti syllogismo complectitur Cicero: Poëtae docti et egregiis naturae dotibus instructi propter fructum et dignitatem doctrinae suae in numerum civium Romanorum referendi sunt: Atqui Archias est poëta doctus et ingeniosus: Ergo civibus Romanis annumerandus.

a) Maior propositio triplici ratione amplificatur;

1) testimonio Ciceronis, qui non mediocrem doctrinae suae fructum a poëtis hauserat. §. 12-14.

a) delectant enim poëtae, §. 12. 13.

b) augent orationis facultatem, 13.

c) excitant ad laudem et honestatem expetendam. §. 14.

2) discussione quaestionis: an summi viri, quorum virtutes litteris proditae sunt, sola natura duce, an vero humanitatis doctrina exculti, res magnas gesserint? ubi praestantissimorum virorum exemplis

plis commonstrat Cicero, naturam atque doctrinam coniungendas esse. §. 15. 16.

3) collaudatione poëtices, omniumque studiorum liberalium, uti et exemplo Roscii. §. 16. 17.

b) Minor syllogismi propositio breviter subiicitur ex optimis versibus, quos Archias ex tempore dixit. §. 18.

c) Conclusio denique amplificatur

1) inde, quod poëtae sint sancti, qui non arte et praeceptis poëtae fiunt, sed mentis viribus excitantur, et quasi divino quodam spiritu inflantur. §. 18.

2) studio earum civitatum, quae Homerum iam mortuum suum esse confirmarunt. §. 19.

3) exemplo summorum imperatorum, Themistoclis, Marii, Luculli atque Scipionis Africani, qui poëtas tenerrimo amore semper amplectebantur, quia ab iis gloriam rerum suarum gestarum versibus illustratam videbant. §. 20 - 22.

4) discussione obiectionis, quod nimirum minor gloriae fructus ex versibus graecis, quam ex latinis percipi possit, quodque adeo Archias tamquam poëta graecus non dignus sit, qui tantis exornetur

netur laudibus. Hanc obiectionem refellit orator exemplo imperatorum, Alexandri Magni, Pompeii, Sullae, Metelli, Eruti et Fulvii, qui laudis studio ducti poëtas coluerunt, et praemiis et civitate donarunt. §. 23-27.

- 5) commemoratione incepti operis, in quo Ciceronis quoque res contra Catilinam gestas versibus expositurus erat Archias: hac occasione differit orator simul de innato optimo cuique laudis studio. §. 28. 29. 30.

V. Peroratio, quae absolvitur duplici petitione. Petit enim Cicero a iudicibus.

- 1) ut Archiam conservent, eumque civem Romanum vere esse pronuntient, ubi brevis repetitio argumentorum confirmationis.
- 2) ut, quae praeter iudicalem consuetudinem de ipsius ingenio et studio locutus erat, in bonam partem accipiant. §. 31. 32.

Eventus huius orationis sine ulla dubitatione felix fuit, et Archias pro cive habitus.

Si quid est in me ingenii, 1) iudices, quod sentio quam sit exiguum; aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum; aut si huiusce rei ratio aliqua, 2) ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis 3) hic A. Lici-
nius 4)

1) Tria Cicero proponit, ingenium, exercitationem dicendi, rationem, id est, naturam, usum, artem: quae ad acquirendam eloquentiae laudem aequè omnia requiruntur. In his omnibus si quid profecerit, hoc est, si quid eloquentia valeat, id Archiae in primis acceptum a se referri debere, ingenue fatetur. Quod cum fatetur, probat iudicibus honestatem defensionis, quae ab officio nascitur. Vitat autem suspicionem arrogantiae, cum subiungit: *quod sentio, quam sit exiguum*: et cum exercitationem fuisse mediocrem fatetur: et cum in ratione non se dicit semper esse versatum, sed ab ea nullum aetatis suae tempus abhorruisse. Illud affirmantis erat, hoc non negantis: in quo maior modestiae laus. *Manut.*

2) Subaudi *in me est*. *Ratio*: ars, scientia. *huius rei*: artis dicendi. *a qua* subaudi *ratione*. *Aetatis*: id est, *vitae*.

3) Non ille quidem solus, (ne uni Archiae operam dedisse videatur) cum et oratores audierit, et a philosophis multa didicerit: sed in primis, quia iam inde a pueritia illo auctore et principe complexus ea studia sit, quorum ope multorum salutem, vel, ut ipse
modeste

nus 4) fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis, et pueritiae memoriam recordari ultimam, 5) inde usque 6) repetens, hunc video mihi principem et ad suscipiendam, et ad ingrediendam 7) rationem horum studiorum

modeste ait, nonnullorum defenderit atque servarit.
Manut.

- 4) Moris fuit, ut, qui peregrini in civitatem Rom. recipiebantur, praenomen et nomen aliquod familiae Rom. haberent, id est, eius, cuius beneficio vel auctoritate cives Rom. fiebant. Hinc Archias, Lucullorum praecipue beneficio civitatem adeptus, nomen Liciniae gentis, in qua fuerunt Luculli, de more sumsit, vetere servato cognomine. Auli autem praenomen, a quo Lucullo coepit, haud satis constat. Aulum enim Lucullum non modo neminem, cuius consuetudine sit usus Archias, sed neminem prorsus, qui quidem his temporibus vixerit, invenimus, nisi sit Marcus, Lucii frater, a Varrone adoptatus; qui ante adoptionem Aulus fuit, Marcus autem esse coepit adoptatus. *Repetere*: ut optime de me merito gratiam referam; potest enim repetere, quae dedit, iure quodam suo: dedit autem, quidquid ingenio, exercitatione, ratione mihi videor praestare posse.
Idem.

5) Id est, *primam*, quae longissime a virili distat aetate, quaeque cadere in memoriam potest. Ita Corn. Nepos *ultimam originem* dixit pro *prima in vita Aetici* Cap. 1.

6) Id est, usque ab eo tempore, a pueritia. *Principem*: auctorem, ducem.

7) *Suscepit*, capto ab Archia consilio: *ingressus est*, labore et exercitatione. Illud spectat mox hortatu,
has

rum exstitisse. Quodsi haec vox, 8) huius hortatu praeceptisque conformata, nonnullis aliquando salutis fuit: a quo id accepimus, quo ceteris opitulari et alios servare possumus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, 9) et opem, et salutem ferre debemus. Ac, ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii, 10) neque haec dicendi ratio aut disciplina: ne nos quidem huic uni 11) studio

hoc praeceptis. Sensus est: huius hortatu me animum ad litteras appulisse scio, eundemque primum fuisse praeceptorem meum. Ipse se statim hunc in modum interpretatur Cicero, dicens, *vocem suam huius non solum hortatu, sed etiam praeceptis conformatum esse. Hot. Heum.*

8) *Vox h. e. dicendi ars. Conformata: exculpta. Alios sc. reos.*

9) Quoad possumus, pro virili parte.

10) Nam Archias erat poeta, Cicero orator. Hinc mirum fortasse alicui poterat videri, quomodo ille ita, ut dixit, de se mereri potuerit.

11) *Uni*: ita Lambinus et Puteanus et Ernesti rescribendum duxerunt, pro vulgato *cuncti*, quam correctionem ipsa latinitas suadet. *Studio*: eloquentiae.

Sententia est: Atqui Archias est poeta, tu orator: quid vobis commune? Respondet, ne ego quidem ita orator sum, ut non aliquando poeticam degustarim. Dein rationes subiicit. Pintarchus ait, ad poëticen natum fuisse Tullium, et habitum Romae praestantissimum poetam, exstitisse eius tempore poema illius iuvenile, quod Pontius Glaucus sit dictum: sed huius laudis gloriam obscurasse praestantiores poëtas, qui multi statim effloruerint. *Passerat.*

studio penitus umquam dediti fuimus. Et enim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, 12) habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione quadam inter se continentur. 13) Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quaestione legitima, 1) 3 et in iudicio publico, 2) cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices, 3) tanto conventu hominum 4) ac frequentia, hoc uti genere

12) Studia litterarum. Quare autem studia haec nomine humanitatis appellentur, bene exposuit *Ernesti* in *Clav. Cicer.* ubi vid. *humanitas*.

13) Coniunguntur. Nulla ars non alterius artis aut mater aut propinqua.

1) Legibus constituta, de qua lex est, et quae lege exercetur. *Manut.*

2) Iudicium hoc *publicum* dicitur, quod agebatur ex lege Plautia Papiria, quae est iuris publici. V. *Ernesti Clav.* in *iudicium*. Praetorem populi Romani; additur, *populi Romani*, exaggerandi gratia, ut cum dicitur, *senator populi Romani*. Nam et praetor, et senator, per se appellantur. *Manut.*

3) Iudices hi erant trium ordinum, senatorum, equitum, tribunorum aerariorum, qui de plebe erant. Hi omnes hoc tempore simul iudicabant, ex lege Aurelia, quam praetor L. Cotta, Pompeio et Crasso Coss. tulerat. Iudicabant autem impari numero, equites uno pauciores senatoribus, tribuni aerarii uno pauciores equitibus, habita scilicet cuiusque ordinis dignitate; et quamquam singuli ordines separatim sententias ferrent, numerus tamen omnium plane iudicum, non ordinis, in absolute, aut condemnatione spectabatur. *Manut.*

4) Qui circum iudicium subsellia stantes coronam faciebant. Nam ad audiendos oratores, praesertim ubi *Ciser. Orat. Pars II.* H causa

genere dicendi, 5) quod non modo a consuetudine iudiciorum, 6) verum etiam a forenfi fermone 7) abhorreat: quaeso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, 8) vobis, quemadmodum spero, non moleſtam; 9) ut me pro summo poëta atque eruditissimo homine 10) dicentem, hoc concursu hominum litteratissimorum, 11) hac vestra humanitate, 12) hoc denique praetore exercente iudicium, 13) patiamini

causa illustri aliqua ageretur, populus convenire consueverat. *Idem.*

- 5) De studiis, quae ad humanitatem pertinent. *Idem.*
 6) Nam in iudiciis non artium liberalium laudes, nec poëtices enumerantur.
 7) Quo homines in forensibus causis utuntur, cum verba e iure et similibus rebus, non vero e scholis petuntur. Itaque cum Cicero in dicenda Archiae causa paullo liberius de studiis humanitatis locutus sit, a vulgari et in foro usitato dicendi genere recessit.
 8) Qui excellit eo studiorum genere, de quo sum diciturus. *Manut.*
 9) Non gravis, nec iniucunda vobis erit haec mea disputatio, pro vestra humanitate, cum de studiis loquar humanitatis. *Idem.*
 10) Summus enim poeta, etsi magnam vim atque facultatem a natura acceptam habet, eruditione tamen ornatur vehementer, atque exolitur. *Idem.*
 11) Sine dubitatione ulla litterati, et litterarum amantes huic causae frequentes interfuerunt, defendente praesertim Cicerone.
 12) Id est, tanta existente eruditione vestra, sive, cum vos ipsi sitis tam docti. *Heum.*
 13) *Exercere iudicium*, de eo, qui praestit iudicio.
 V. Cap. 12. in fine. A rebus quatuor argumentum sumit,

tiamini de studiis humanitatis 14) ac litterarum paullo loqui liberius: 15) et in eiusmodi persona, 16) quae, propter otium ac studium, 17) minime in iudiciis periculisque tractata est, 18) uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. Quod si mihi a vo-4
bis tribui concedique sentiam: perficiam pro-
fecto, ut hunc A. Licinium non modo non
segregandum, cum sit civis, a numero ci-
vium

sumit, cur sibi liceat, de studiis humanitatis ac litterarum paullo loqui liberius: ab ipso reo, ab iis, qui ad audiendum convenerant, a iudicum humanitate, et praetore, lectissimo viro. Est enim emphasis quaedam in pronomine, *hcc*, qui, scilicet et ipse vir doctissimus est. *Manut.*

14) *Humanitatis studia*: quae ad humanitatem informant, quae animos humanitate excolunt. *Idem.*

15) Quam in aliis causis iudicialibus;

16) Manutius bene refert ad Archiam, qui in foro versatus non fuerit; male vero Passeratius ad Ciceronem Patronum.

17) Propter illud vitae genus, quod a negotiis liberum in studiis humanitatis et litterarum versatur.

18) Id est, versata, exercitata est. *Tractamus* enim rem, in qua nos exercemus; et sic ipsae res, sive personae, quae in aliqua re exercentur, in ea *tractari* dicuntur. Sensus: Cum novus Archias in iudiciis periculisque sit, causamque nunquam dixerit, mihi quoque concedendum videtur, ut in eius causa prope novo quodam utar genere dicendi. *Manut.* Pro *tractata est* Schelle legendum censet *iactata est*, idque in textum recepit, nullo fretus codice.

vium; verum etiam, si non esset, putetis adsciscendum 19) fuisse.

- 3) Nam ut primum ex pueris excessit 1) Archias, atque ab iis artibus, 2) quibus aetas puerilis ad humanitatem 3) informari solet, se ad scribendi studium contulit: primum Antiochiae 4) (nam ibi natus est, loco nobili, celebri 5) quondam urbe et copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluentem) celeriter ei 6) antecellere omnibus

19) *Aggregandum, adiungendum. Opposita ergo sunt, segregandum: adsciscendum.*

1) Ex pubertatis annis, quod Terentius in *Andria* Act. 1. scē. 1. dixit: *ex ephēbis excessit. Ut primum pro cum primum.* Hic incipit *narratio*, in qua vitam Archiae describit per partes quinque, ut sunt:

1) studia. 2) patria. 3) fama. 4) adventus in urbem, et ibi eius familiaritates. 5) ius civitatis Heracleensis.

2) A cognitione artis poëticae, rhetoricae, historiae. *Manut.*

3) Iis enim artibus animi rudes ad humanitatem, et morum elegantiam excoluntur, secundum tritum illud: didicisse fideliter artes, emollit mores, nec finit esse feros.

4) *Antiochia*, caput Syriae. Sita est urbs ad fluvium Orontem, et condita a Seleuco, Antiochi filio. *Loco nobili: nobili genere, honestis parentibus.*

5) *Celeber locus opponitur deserto.* Urbs *celebris* i. e. abundans incolis et frequens: *copiosa: in qua omnium rerum est copia.*

6) In vulgatis omittitur *ei*, quod autem vix potest omitti. Hinc in textum recepi.

nibus ingenii gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus, cunctaeque Graeciae, sic eius adventus celebrabantur, ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius adventus admiratioque superaret. 7) Erat Italia 8) tunc plena graecarum artium 9) ac disciplinarum: studiaque haec et in Latio 10) vehementius tum colebantur, 11) quam nunc iisdem in oppidis, 12) et hic Romae, propter tranquillitatem reipublicae, 13) non negligeban-

- 7) Magna laus, ubi famam res ipsa vincit. *Manut.*
 8) Transit ex Asia in Graeciam, ex Graecia in Italiam, ex Italia in Latium, ex Latio ad urbem Romam: quibus omnibus in locis Archiam propter ingenii praestantiam in honore fuisse dicit. *Idem.*
 9) Sero admodum graecas artes, nec fere nisi post ever-
 sam Carthaginem, Italia cognovit, securo otio potita,
 nihil iam timens ab externis hostibus. *Idem.*
 10) Latium est pars Italiae: tractus inter Tiberim et
 Campaniam, qua in parte Roma fuit. Altera pars
 universali nomine Italia dicta est. Hinc alii Latini,
 alii Italici. *Hot.*
 11) Nondum exorto sociali bello, quo litterarum stu-
 dia sunt intermissa. *Vehementius: ardentius, ma-*
iori studio.
 12) Latii municipiis et coloniis. Non dicit urbibus.
 Sola enim Roma in Italia urbis nomine afficiebatur.
 Eximius locus est in *Orat. post red. ad Quir. cap. 1.*
quae celebritas oppidorum! quae pulchritudo urbis!
Heuman.
 13) Humanitatis studia enim sunt alumnae pacis et otii,
 ideoque oliva sacra dicitur Minervae, *Passerat,*

gligebantur. 14) Itaque hunc et Tarentini, 15) et Rhegini, et Neapolitani, civitate ceterisque praemiis donarunt; et omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus 16) notus, Romam venit, Mario consule et Catulo; 17) nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, 18) alter cum res gestas, 19) tum etiam studium atque aures 20) adhibere posset,

- 14) Videtur haec esse *λιτότης*, quae minus dicit, quam intelligi vult. Ita significat Cicerò, Romae quoque tum vehementissime cultum fuisse litterarum studium, *Heum.*
- 15) *Tarentum*, urbs Calabriae celeberrima; hodie *Taranto*; unde *Tarentini*. Urbs *Rhegium* a Sicilia terrae motu avulsa est; unde *Rhegini*. *Neapolis*, urbs Campaniae; unde *Neapolitani*. Qui sunt omnes in Italia, extra Latium.
- 16) *Iam absentibus*, iis, qui nondum eum praesentem de facie viderant. Pro *absentibus* Heumannus legit *absens*, eamque lectionem suadet etiam Ernesti. Nam absentia illa non Romanis, sed Archiae convenit.
- 17) Notum est, annos Romanorum per Coss. numerari.
- 18) Marius enim optimus bello dux capto Iugurtha, Cimbris, Teutonis, aliisque victis, materiem scriptoribus luculentam dedit.
- 19) Triumphavit enim Catulus de Cimbris.
- 20) Potuit et ipse versus scribere et sentire pulcritudinem carminum. Adhibetur enim studium ab eo, qui ipse scribit: aures vero, qui alienos versus libenter audit. Erat autem Catulus ipse eruditus et eloquens.

set. Statim Luculli, 21) cum praetextatus 22) etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed etiam hoc non solum ingenii ac litterarum, 23) verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adolescentiae prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. 24) Erat temporibus illis iucundus Q. Metello, illi Numidico, 25) et eius Pio 26) filio; audiebatur a M. Aemilio: 27) vivebat

21) Lucius et Marcus, fratres: quorum Lucius de Mithridate et Tigrae, Marcus ex Macedonia triumphavit. *Manut.*

22) Hoc est, adhuc adolescens fere, nondum natus annos XVII, ea enim aetate, praetexta deposita, virilem togam sumebant. Catil. II. cap. 2. §. 4. Ergo ex pueris excedere, quod supra de Archia dictum est, significat, ex aetate puerili, non vero, cum annos XVII. natus esset: quod praetextae deponendae tempus erat. *Idem.*

23) Multi enim ingenio litterisque praestantes amicitiam ad senectutem naturae vitio non perducunt. *Naturae atque virtutis: humanitatis et probitatis. Idem.*

24) Annum tunc agebat Archias octavum et quinquagesimum.

25) Q. Metellus, Lucullorum avunculus, cognominatus est Numidicus, a victoriis de Iugurtha, Numidiae rege, reportatis. Familiares Archiae enumerat.

26) Pius dictus, quia patris exsilium pie luxit, et pro eo populum deprecatus est. *in Senatu post red. c. 15.*

27) M. Aemilius, cognomine Scaurus, princeps senatus lectus a L. Metello et Cn. Domitio: Pythagorae filius dictus est a sermonis lepore. *Audiebatur: recitabant enim, atque adeo musice canebant poetae suos versus; nec solum in coetu familiari, sed etiam in foro, audiente populo. Manut.*

28) Eius

vivebat cum Q. Catulo, 28) et patre, et filio: a L. Crasso colebatur: Lucullos vero, et Drusum, 29) et Octavios, 30) et Catonem, 31) et totam Hortensiorum domum, devinctam consuetudine 32) cum teneret, afficiebatur summo honore; quod eum non solum colebant, qui aliquid percipere atque audire studebant, verum etiam, si qui forte simulabant. 33) Interim satis longo intervallo, cum esset cum L. Lucullo in Ciliciam 1) profectus, et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracliam. 2) Quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere, 3) adscribi se in eam civitatem

28) Eius familiaris erat, et convictor.

29) M. Drusus, M. Catonis Uticensis avunculus, qui tribunus plebis domi suae interemptus est. *Vellei. II. 13. sqq.*

30) Tres fuere Octavii, duo Cneii, et unus Lucius Octavius, omnes Consulares.

31) Marcum fortasse, patrem Catonis Uticensis. *Manut.*

32) Ufu filii iunctam. Consuetudo enim vinculum est, quo tenetur amicitia. *Passerat.*

33) Cum revera a litteris abhorrenter; tamen ne indocti haberentur, dissimulabant. *Hot.*

1) *In Ciliciam*: hanc lectionem defendit Ilgen in programme: *Anim. adv. Hist. et Crit. in Cic. Orat. P. Arch. P. pag. 12-17.* Vulgo *Siciliam*, quae vero lectio, repugnante historia, vera esse non potest.

2) Oppidum Siciliae, ad sinum Tarentinum.

3) Quod cum ea, Pyrrhi temporibus, C. Fabricio consule ictum esse, docet oratio pro Balbo cap. XXII. ubi dicitur *foedus prope singulare: i. e. quod huic urbi*

tem 4) voluit: idque, eum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli, ab Heracleensibus impetravit. Data est civitas Silvani lege et Carbonis, 5) SI QUI FOEDERATIS CIVITATIBUS ADSRIPTI FUISSENT: SI TUM, CUM LEX FEREBATUR, IN ITALIA DOMICILIUM HABUISSENT: et SI SEXAGINTA DIEBUS 6) APUD PRAETOREM ESSENT PROFESSI. Cum hic

urbi est proprium. Cum vero Cicero hic dicat: *aequissimo iure ac foedere*; videtur omnino significare, meliore quodam iure ac foedere Heracleenses fuisse, quam Tareninos, Rheginos, Neapolitanos: alioquin cur in eam civitatem adscribi cuperet Archias, ceteris quali, in quas adscriptus antea fuerat, neglectis? quarum etiam tabulis Archiam non uti, quod semper se Heracleensem esse voluerit, infra dicit, cap. 5. §. 10. *Manut.*

- 4) Civis eius civitatis fieri. *Civitas*: ius civitatis. Ita et in sequentibus: *Data est civitas* etc. *Per se*: propter excellentem eruditionem.
- 5) Significatur lex Plautia Papiria, quae lata est a M. Plautio Silvano et C. Papirio Carbone, tribunis pl. Fuerunt autem tribuni plebis Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone COSS. *Si qui adscripti*: idem valet, ac si dixisset, *iis, qui adscripti*. Cap. 3. in fine. *Hotoman.*
- 6) Tria legis capita fuerunt: 1. Si quis foederata in civitate adscriptus esset. 2. Si in Italia domum haberet. 3. Si sexaginta diebus, id est, intra diem sexagesimum post latam legem, apud praetorem *professus* esset, int. *nomen*. *Hot.* Dati autem sunt sexaginta dies, ut ii, qui longius abessent, satis scilicet haberent temporis, quo Romam venirent ad proferendum.

hic domicilium Romae multos iam annos haberet, 7) professus est apud praetorem, Q. Metellum, 8) familiarissimum suum. Si nihil aliud, nisi de civitate ac lege, dicimus, 9) nihil dico amplius: causa dicta est. 10) Quid enim horum infirmari, 11) Grati, potest? Heracleae esse tum 12) adscriptum negabis? Adest vir summa auctoritate, et religione, et fide 13) L. Lucullus, 14) qui se non opinari,

7) Est enim lex lata anno urbis 665. sex et viginti annis ante, quam Cicero hanc orationem habuit. Isto autem tempore, quo lex ferebatur, Archias tredecim iam annos domicilium Romae habuerat. Ergo in Italia domicilium habuit.

8) Manutius intelligit eum, qui, in Creta re bene gesta, Cretici cognomen obtinuit. Rectius alii Q. Metellum Pium, Numidici filium. Cap. 3. §. 6.

9) *De civitate ac lege*: dicendum erat de civitate Heracleensi, non de civitate Romana hic sermo est. Deinde de lege Carbonis, an ea in Archiam conveniret, ut iure civis Romae esset.

10) Oratione nostra iam omnia complexi sumus, acta transacta sunt omnia.

11) *Infirmari*: tamquam falsum refelli. *Grati*: alii *Gracche*, quod praefert Ilgen, et cum Manutio Numerium Quinctium Gracchum intelligit, qui tribunus pl. fuit, quo anno Cicero restitutus est.

12) Cum Heracleam una cum Lucullo venisset. Archiam Heracleae adscriptum esse, probat testimoniis Luculli et Heracleensium.

13) Quae omnia ad fidem faciendam requiruntur. *Religio*: Gewissenhaftigkeit. *Fides*: Redlichkeit.

14) *M. Lucullus* legi vult Victorius, sed rectius servatur *L. Lucullus*, cuius auctoritate et gratia civitates ab Heracleensibus impetravit.

15) Non

nari, sed scire: non audivisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. 15) Ad sunt Heracleenses legati, nobilissimi homines: huius iudicii causa, cum mandatis, et cum publico testimonio venerunt; qui hunc adscriptum Heracleensem 16) dicunt. Hic tu tabulas 17) desideras Heracleensium publicas; quas Italico bello, 18) incenso tabulario, 19) interisse scimus omnes. Est ridiculum, ad ea, quae habemus, nihil dicere; quaerere, quae habere non possumus: et de hominum

15) Non est dissimilis illa figura pro Milone cap. 4. §. 10.

16) Ernesti *adscriptum* esse a glossatore putat, repetitum e lege: *qui f. c. adscripti fuissent*. Sic infra cap. 5. §. 10. *semper se Heracleensem esse voluit*. Res ipsi ita manifesta videtur, ut *adscriptum* uncis incluserit. Schelle contra eiecit *Heracleensem* et servavit *adscriptum*, cum additamento non opus sit. Non plane tamen displicet correctio Lambini; *Heracleae esse*. *Dicunt*: nam tabulae publicae interierant.

17) Quibus, eum Heracleae *adscriptum* esse, iudicibus probem. *Manut. Tabulae publicae* hoc loco sunt codices, in quibus nomina civium scripta erant.

18) Quod exortum est anno urbis 663. Triplex nomen eius belli fuit, Italicum, Marsicum, sociale. Scilicet populi Italiae, spe obtinendae civitatis deiectioni, conspirationem fecerunt, bellumque intulerunt Romanis. *Marsicum* dicitur: quod a Marsis primum est excitatum.

19) *Tabularium*, locus, in quo tabulae publicae asserabantur; das Archiv.

num 20) memoria tacere, litterarum memoriam 21) flagitare: et, cum habeas amplissimi viri religionem, 22) integerrimi municipii 23) iusiurandum fidemque, ea quae depravari nullo modo possunt, repudiare; tabulas, quas idem dicis folere corrumpi, desiderare. At domicilium in Italia 24) non habuit. Is, qui 25) tot annis ante civitatem datam,

20) Qui Archiam Heracleae adscriptum dicebant, et cum mandatis, publicoque testimonio venerant. *Manut.*

21) Tabulas ipsas cum clamore poscere.

22) Testimonium, cum iureiurando dictum. *Manut.*

23) Haec dicente Tullio municipium Heraclea fuit; antea, cum in eam Archias adscribi voluit, libera civitas et foederata. *Idem.*

24) *Domicilium in Italia*: ita Lambinus rescripsit et quidem recte, ob ipsa legis verba §. 7. Vulgo: *domicilium Romae*; sed hoc non erat opus. Lex domicilium in Italia postulabat, non Romae. Argumentatio est huiusmodi: Si Romae multis annis ante, quam Heracleensis civis factus esset, habitavit: necessario in Italia habuit domicilium. Sed id ante demonstratum est, in principio huius capituli. Recte ergo Lambinus, cui assentitur Ernesti.

25) *Is, qui*: responsio ad obiectionem, prope coniuncta: ut irrideatur accusator, qui obiecerit imperite, quod refelli nullo negotio possit. *Manut.* Hunc locum minus bene interpunxit Ernesti, qui punctum, quod post *habuit* debet esse, tollit. Sed a verbis: *Is, qui* incipit responsio ad praecedentem obiectionem: *At domicilium-habuit*, et haec responsio datur per interrogationem,

tam, 26) sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit? At non est professus. Immo vero iis tabulis 27) professus, quae solae ex illa professione, collegioque 28) praetorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cum Appii 1) tabulae negligentius affervatae 2) dicerentur, Gabinii, 3) quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum

26) Silvani lege et Carbonis, quae civitatem non dabat, nisi qui domicilium in Italia, cum lex ferebatur, habuisset. *Romae collocavit:* relicta Heraclea, in quam adscriptus erat. *Idem.*

27) Q. Metelli praetoris. Tria Ciceroni erant probanda: adscriptum esse Archiam Heracleae, quod probat a testibus: domicilium habuisse in Italia, hoc modo: Archias domicilium multis annis ante civitatem datam Romae habuit, ergo in Italia domicilium habuit. Denique professum esse apud praetorem, probat a tabulis.

28) Erant omnino tunc temporis praetores octo; Caesar vero creavit decem, Augustus duodecim.

1) Appius Claudius, P. Clodii pater, praetor fuit eo anno, quo lex Plautia Papiria data est.

2) Et ideo multi clam irrepissent, i. e. nomina sua clam inscripissent.

3) P. Gabinius Capito, accusatus a L. Pisone de repetundis, wegen Geld Erpressungen, post administratam Achaïam. Cic. in Caecil. c. 20. *Quamdiu incolumis fuit:* antequam condemnaretur, so lange er unangetastet blieb. *Post damnationem calamitas:* sein Sturz nach der Verurtheilung.

rum fidem resignasset: 4) Metellus, 5) homo sanctissimus modestissimusque 6) omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices 7) venerit, et unius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis 8) nullam lituram in nomen A. Licinii 9) videtis. Quae cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus? Etenim cum mediocribus multis, 10) et aut nulla, aut humili aliqua arte prae-

4) Id est, corrumpendo sustulisset, quasi sigilla iis detraхisset, nullam ut auctoritatem obtinerent. Tabulae enim obsignabantur annulo praetoris. *Manut.*

5) Q. Metellus praetor, apud quem Archias professus est. Cuius tabulae licet bene essent asservatae; in iis tamen unius nominis litura est inventa, non tamen Archiae.

6) Qui legum diligentissimus observator esset. *Modesti* enim dicuntur, qui verenter contra leges facere. V. *Post red. in Sen. cap. 2: §. 4.*

7) Ut de litura illa, quae in suis tabulis deprehenderat, iudicarent. *Manut.* Litura autem est vestigium deletae vel depravatae scripturae. *Unius nominis litura se commotum esse* h. e. uno nomine in tabulis deleto iniectam sibi esse scrupulum.

8) Omissa est propositio *in*, sic cap. 4. §. 9. *iis tabulis est professus.* Ceterum observent tirones vim in pronomine *his* h. e. tanta cum diligentia asservatis.

9) Scilicet *factam.* *In nomen pro in nomine.* Est enallage casus.

10) Argumentatur a minore ad maius. Si pro merito et artis gloria concesserunt civitatem, quidni concedetur tam insigni viro.

praeditis, 11) gratuito civitatem in Graecia 12) homines impertiebantur, Rheginos credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus 13) largiri solebant, id huic, summa ingenii praedito gloria, noluisse. Quid? cum ceteri, 14) non modo post civitatem datam, 15) fed

11) Ut scenicis artificibus; hos enim paullo post exempli causa nominat. *Manut.*

12) Partem illam Italiae significat, quae magna Graecia vocabatur, cuius a Latii finibus initium erat. *Homines*: populi ut Rhegini, Locrenses, Neapolitani, Tarentini. Argumentatur autem a toto ad partes, nempe ad eas civitates, quae Archiam civem suum fecerant. Cum tam faciles essent civitates Graeciae magnae omnes in civitate tribuenda etiam levibus hominibus, Rheginos etc. difficiles in Archia fuisse non est credibile. *Gratis*: nullo eorum merito, nulla, aut humili arte.

13) *Artifices scenici* sunt comoedi et tragoedi. *Summa gloria*: summis ingenii meritis, non gratuito, quod de scenicis artificibus dixit. *Manut.*

14) Homines mediocres etc. etiam tum, cum lex Papii peregrinos, praeterquam Italos, urbe pepulisset, in tabulas earum civitatum irreperint, ut nempe pro Italis essent, et Romae manere possent.

15) Duabus legibus, Iulia, et Plautia Papiria. Leges enim de civitate biennio duae latae sunt, una consularis, altera tribunicia: consularis, L. Iulii Caesaris, anno primo Italici belli, ut fociis, qui in fide mansissent, aut arma deposuissent, civitas daretur, nulla peregrinorum mentione facta: tribunicia, M. Plautii Silvani, C. Papirii Carbonis, anno altero eiusdem belli, non ut Italis daretur solis, verum ut

pete-

sed etiam post legem Papiam, 16) aliquo modo in eorum municipiorum 17) tabulas irreperierint: hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Hera-
 11 cleensem esse voluit, reiicietur? Census nostros 18) requiris scilicet. 19) Est enim 20) obscurum, proximis censoribus, 21) hunc cum

peregrinis etiam, qui modo foederatis civitatibus adscripti fuissent etc. cap. 4. §. 7. *Manut.*

16) Quam C. Papius tribunus pl. tulit anno V. 683, ut peregrini urbe pellerentur. *Hot.* Cicero lib. III. de offic. cap. XI. iniquam censet hanc legem.

17) Municipia, cum haec Cicero diceret, erant Rhegium, Locri, Neapolis, Tarentum, legis Iuliae beneficio; antea civitates foederatae fuerant, sine iure civitatis. Adde huc Cic. ad Div. XIII. 30. Quo loco municipium appellat Neapolim, habita ratione sui temporis, iure civitatis lege L. Caesaris fociis et Latinis iam donato, non eius temporis, quo Solis ille Catinensis in civitatem Neapolitanam adscriptus est. *Manut.* *Irreperierint:* in eorum tabulis nomina sua fortim inscripserint, aut inscribenda curaverint.

18) Id est, tabulas censorias, quibus cives singuli inscribebantur a censoribus. Solebant autem quinto quoque anno cives Rom. censere: solosque cives tantum, ad facultates et mores noscendos.

19) Ironia. Ita Terent. *Id populus curat scilicet.* Virgilius: *Scilicet is superis labor est.*

20) Vox ironica. Hoc eodem sensu bis occurrit in *Orat. pro Deiot.* cap. 12. §. 33. et 34. *Heum.* *Est enim obscurum:* ironice pro: atqui nemo non scit.

21) Nouissimis, qui proxime populum censuerunt, L. Gellio et Ca. Lentulo.

cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, 22) apud exercitum fuisse: superioribus, 23) cum eodem quaestore fuisse in Asia: primis, 24) Julio et Crasso, nullam populi partem esse censam. 25) Sed, quoniam census non ius civitatis confirmat, 26) ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cive: 27) iis temporibus, quae tu criminariis, 28) ne ipsius quidem iudicio eum

22) Mithridaticum bellum gerente.

23) Id est, iis, qui ante proximos lustrum fecerunt, L. Marcio Philippo et M. Perperna, quo tempore in Asia fuit Archias cum Lucullo, quaestore. *Hot.*

24) Qui post civitatem Archiae datam primi censores fuerunt.

25) Propterea triennio post Philippus et Perperna creati sunt ante legitimum tempus. *Manut.*

26) Si quis irrepit in censum, licet ante pro cive se gereret, non ideo tamen civis est: sed si magistratum gessit, eo ius civitatis confirmatur. *Passerat.* Adversarii obiectio fuit haec: Archias numquam census est, ergo non est civis Romanus. Cicero negat consequentiam hoc modo: Etsi Archias numquam census est, (quod ex eo accidit, quia vel Roma absuit, quando populus Rom. censebatur, vel eo praesente censendi ratio omnino neglecta est) nequaquam tamen sequitur, eum non esse civem. Censui enim non facit, neque confirmat civem, sed tantummodo indicat eum, qui sit census. *Ac pro sed.*

27) Tamquam civem haberi voluisse. *Idem.* Gerere se pro cive dicitur is, qui iure civitatis utitur, sive sit civis, sive non.

28) Non male Graevius corrigit *queis*, idque probat etiam Heumannus. Vera enim sententia est haec:

eum in civium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit 29) nostris legibus, et adiit hereditates civium Romanorum, 30) et in beneficiis ad aerarium delatus est 31) a L. Lucullo praetore et consule.

6) Quaere argumenta, si qua potes: numquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio 1) revincetur.

Quaeres

illis ipsis temporibus, quibus tu contendis, Archiam ipsum nondum prae se tulisse se civem esse, multa pro cive gessit, testamentum fecit, et quae sequuntur. Igitur falsum est, quod tu criminaris.

29) Testamenti factio civium Romanorum propria est. Itaque neque testamentum quisquam facere, neque testamento capere poterat, nisi qui civis Rom. esset; peregrinus non poterat. Militare quoque in legione Romana non aliis, quam civibus licebat. Ideoque soli cives ad aerarium in beneficiis deferri ab imperatoribus poterant. Tribus ergo probat, Archiam in iure civium Rom. versatum esse. 1. Testamenti factio. 2. aditione hereditatum civium Rom. 3. in beneficiis ad aerarium delatione. *Hot.*

30) Civis igitur erat. Nam Romano civi heres esse nemo potest, nisi civis. *Passerat.*

31) *Deferri in beneficiis ad aerarium non erat emolumentum, verum merus honor et commendatio illarum personarum apud populum Romanum, profutura illis vel ad maiora ornamenta ab republica consequenda, vel ad pericula, si quae exstitissent, sublevanda. Gronov. de pecun. vet. III. 17. Ernesti Clav. in beneficium.*

1) *Suo, quia legi satisfecit. Respondet ad illud: iis temporibus, quae tu -- esse versatum. Amicorum: quia in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo.*

Quaerēs a nobis, Grati, cur tantopere¹² hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio²⁾ defessae conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie³⁾ dicamus, in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus: aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? ⁴⁾ Ego vero fateor, me his studiis esse deditum: ceteros pudeat, si qui ita

I 2

se

cullo. *Revincetur*: convincetur, coarguetur. *Mannut*. Urget autem adversarium, et oblique mendacii arguit, cum videt, se firmam et bonam causam habere.

2) *Convicio* hic non est maledictis, sed clamore causidicorum, ut apud Phaedrum fab. 6. lib. 1.

Clamorem ranae sustulere ad sidera,

Convicio permotus quaerit Iupiter

Causam querelae —

Graev.

3) Etenim nullus fere dies praeteriit, quo non dixit pro teo. *Passerat.*

4) *Remittamus*. Respondet hoc verbum voci *contentio*; utrumque autem ab arcu contento et remisso ad animum, vel omnes vires intendentem, vel a virium intentione se recreantem, translatum est. Ceterum quae hic ait orator de litteris post alios miseros labores dulcibus et iucundis, ea hisce verbis expressit Virgilius ecl. V. 45.

Tale tuum carmen nobis, divine poeta,

Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum

Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

5) *Se*

se litteris abdiderunt, 5) ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, 6) neque in adspectum lucemque proferre: me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut ab nullius umquam me tempore 7) aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit? Quare quis tandem 8) me reprehendat, aut quis mihi iure succenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas,

5) Se litteris involverunt, in litteris delituerunt. *Passer.*

6) In lucem proferre ad communem utilitatem. Artes enim ad vitam iuvandam inventae. *Idem.*

7) *Tempus* hic significat *periculum forense*. Sic *cap. 1. Orat. pro lege Manilia.* *Commodum*: vulgatam hanc scripturam defendit Graevius, quam non probat Ernesti. Si *commodum* dixisset Cicero, addidisset et huic substantivo, sicut ceteris in nominativo positus, verbum suum. Nisi vero id excidit, quod verisimile videtur, tum ob particulam *aut*, quae est ante *commodum*, idque cum reliquis substantivis, *otium*, *voluptas*, arcte connectit; tum etiam, quia in seqq. *commodi* primo loco mentio fit: quantum ceteris *ad suas res obeundas* etc. *Aut commodo* emendavit Victorius, et ita edidit Ernesti. Cicero igitur hic dicit, se posthabitis studiis bonarum artium, quibus deditus erat, contempta voluptate et somno servasse temporibus amicorum et commodis.

8) *Tandem* hic vim instandi habet. *Orat. I. in Catil. cap. 1.* statim ab initio. *Ad suas res obeundas*: ad negotia sua administranda, ad ea, quae ipsis profint, curanda. Est haec praecedentis sententiae exornatio, et iam *commodi* primo loco mentio fit, sicut *voluptatis et somni* deinceps.

das, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum: quantum alii tribuunt tempestivis conviviis: 9) quantum denique aleae, 10) quantum pilae; tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumfero? Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, 11) quod ex his studiis haec quoque censetur 12) oratio et facultas; quae quantacumque est in me, 13)

num-

9) *Convivia tempestiva*, quae librariorum opera in *intempestiva* saepe mutata fuere, sunt ea, quae *tempeslive*, h. e. mature et de die incuntur, cum moderati homines vesperi demum, hora decima, coenare solerent, et in multam noctem protrahuntur. Vid. *Ernesti Clav.*

10) *Alea* proprie est lusus tesserae, quarum incertus eventus: Hazard-Spiel, propterea pro fortuna etiam et periculo usurpatur. Hinc *aleam iacere* est periclitari. *Recolenda*: repetenda, retractanda.

11) Qui praeter ceteros in eloquentia et dicendi facultate operam curamque pono. *Manut.*

12) Alii legunt: *crescit*. Si *censetur* scripsit Cicero, id sibi voluit: ex studiis humanitatis, postea praefertim, aestimatur facultas oratoria, ut is pro perfecto oratore habeatur, qui in illis studiis feliciter et cum laude versatus sit. Quo sensu occurrit etiam in Paradox. VI. cap. 2. V. *Ernesti Clav.* *Crescit* autem ex his studiis oratoris facultas i. e. augetur, praesidia inde ac ornamenta capit. *Oratio et facultas*: dicendi facultas, sive eloquentia.

13) *Quantacumque in me est* ponitur pro *sive magna ea in me est, sive exigua*. *Numquam-defuit*: dixerat gloriose, *mihi concedendum est magis: et,*

quan-

numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur: illa quidem certe, quae summa sunt, 14) ex quo fonte hauriam, sententio. Nam nisi multorum 15) praeceptis, multisque litteris 16) mihi ab adolescentia suavissem, nihil esse in vita magnopere expectandum, nisi laudem atque honestatem: 17) in ea autem persequenda 18) omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii, 19) parvi esse ducenda: numquam me pro

quantacumque in me est: nunc utrumque corrigit, benignitatem suam ostendens in amicis adiuvandis. Manut.

14) Ego quoque, inquit, graviora et praestantiora esse alia, quam haec est oratio et facultas, eaque ex alio fonte sumi, non ignoro. Ac me quidem ita sentire, et ita ab adolescentia conformatum fuisse, indicat illud tempus, cum vestra mihi salus ita cara fuit, ut pro ea me in tot ac tantas dimicationes obiecerim. Significat autem eas litteras, quae praestantiore quodam scientiae genere animos ad laudem et honestatem excitant: quae philosophiae pars est nobilissima. Sensus est: delector hac oratione et facultate: quae si cui levior videtur, me sciat graviora simul studia iam inde ab adolescentia coluisse. *Idem.*

15) *Multorum*, scil. philosophorum, quos audierat.

16) *Multisque litteris*: magno doctrinarum studio, multaque lectione poetarum, historicorum et philosophorum.

17) *Honestatem*, gloriam virtute partam. Sententia in se non impia, Eadem enim est philosophia Pauli apostoli, *Phil. IV. 8.*

18) In ea laude captanda.

19) Omen de calamitate, quam paucis post diebus accepit. *Hot.*

pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum 20) quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni sunt omnes libri, 21) plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae iacerent in tenebris omnia, 22) nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines, non solum ad intueendum, 23) verum etiam ad imitandum, 24) fortissimorum virorum, expressas scriptores et graeci et latini 25) reliquerunt! quas ego mihi semper in administranda republica proponens, animum et mentem meam ipsa cogitatione 26) hominum excellentium confortabam.

Quaeret

- 20) Intelligit Catilinos. *Idem. Obiecissem; cum* Catilinae coniurationem compressi.
- 21) Nihil aliud fore in libris est, nihil aliud sapientes loquuntur, innumerabilia sunt veterum exempla, gloriam prae ceteris rebus expetendam esse, in qua persequenda omnes cruciatus contemnendi sunt.
- 22) Oblivione sempiterna sepulta essent, nisi litteris illustrarentur. *Graev.* Ad sola exempla pertinent haec. Pro *accederet* codex Erfurt. multaeque edd. *accenderet*, quod laudat Graevius; in textum tamen non recepit.
- 23) Voluptatis gratia, ut vulgus putat, quod de iis imitandis non cogitat.
- 24) Ut eorum exemplo laudabiliter vivamus. *Mauv.*
- 25) E. g. Nepos, Plutarchus, Laërtius. *Post reliquerunt* adhibetur vulgo interrogationis nota; magis placet exclamandi lignum, quod etiam apud Heum video.
- 26) Cogitando contemplandoque homines excellentes.

7 Quæret quispiam, quid? illi ipsi summi
 15 viri, quorum virtutes litteris proditæ sunt,
 istane doctrina, 1) quam tu laudibus effers,
 eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus
 confirmare: 2) sed tamen est certum, quid
 respondeam. 3) Ego multos homines excel-
 lenti animo ac virtute fuisse, 4) et sine do-
 ctrina, naturæ ipsius habitu prope divino,
 per seipfos et moderatos et graves existisse
 fateor. Etiam illud adiungo, sæpius ad lau-
 dem atque virtutem naturam sine doctrina,
 quam sine natura valuisse doctrinam. Atque
 idem ego contendo, cum ad naturam exi-
 miam atque illustrem accesserit ratio 5) quæ-
 dam

1) *Istane doctrina*: eloquentia nimirum et philosophia.

2) Nam nec omnes eruditi, nec omnes litterarum ex-
 pertes. *Manut.*

3) Pro ea scilicet doctrina, quam laudibus effero. Di-
 cam enim, si ea cum natura coniungatur, nescio
 quid præclarum ac singulare solere existere. *Idem,*

4) Per multa enim secula Romani græcas artes ac di-
 sciplinas ignorarunt: animo tamen ac virtute præ-
 stantes amplissimam ex minima rempublicam fecerunt.
Idem. Habitu, i. e. indole. Graves, id est, ma-
gnanimos. V. Ernesti Clav. Ex doctrina igitur mo-
 deratio sumitur et gravitas: quæ si a natura dantur,
 quod non omnibus contingit, magnæ res nulla do-
 ctrinae ope geruntur: otiosam autem languentemque
 naturam doctrina sæpe excitat.

5) Ars, scientia. Cap. 1. *Conformatioque doctrinae*:
 doctrina enim format et fingit quasi animum inge-
 niumque. Verbo *conformandi* cap. 6. §. 14. usus
 erat in eadem re. *Græc. Ernesti.*

6) Ne-

dam conformatioque doctrinae: tum illud nescio quid 6) praeclarum ac singulare solere existere. 7) Ex hoc esse hunc numero, quem¹⁶ patres nostri viderunt, divinum hominem, Africanum: 8) ex hoc C. Laelium, L. Furium, 9) moderatissimos homines et continentissimos: ex hoc fortissimum virum, et illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem: 10) qui profecto, si nihil ad

per-

6) *Nescio quid*: dicitur non solum minuendi causa de re parva; sed etiam de re excellenti et eiusmodi, ut eius magnitudinem et praestantiam mens nostra vix videatur assequi posse. V. *Ernesti Clav. in nescio*.

7) Id est, provenire, in lucem prodire. *Horat. de arte poet. v. 408.*

*Natura feret laudabile carmen, an arte
Quaesitum est. Ego nec studium sine divite
vena,*

*Nec rude quid profit, video, ingenium. Alti-
rius sic*

Altera postulat opem res, et conspirat amice.

8) L. Pauli filium, qui minor Africanus dictus est. Xenophontis Cyropaediam non posuit de manibus, patrisque laudem bellicam doctrinae et ingenii gloria cumulavit: Laelius autem Diogenem Stoicum et Panaetium audivit, sapiensque cognominatus est. *Offic. II. cap. 11.*

9) Hic perbene Latine locutus est, et litteratius, quam ceteri.

10) Alias et Cato maior, et sapiens dicitur. Quater et quadragies causam dixit, et semper fuit absolutus. Optimus fuit orator, optimus imperator, optimus senator. Scripserat originum libros, et orationes amplius centum quinquaginta. *Passerat.*

percipiendam 11) colendamque virtutem literis adiuventur, numquam se ad earum studium contulissent. Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, 12) et si ex his studiis delectatio sola peteretur: tamen, ut opinor, hanc animi adversionem humanissimam 13) ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceterae neque temporum sunt, 14) neque aetatum omnium, 15) neque locorum: 16) haec studia adolescentiam agunt, 17) senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium

11) Id est, cognoscendam. Scilicet non potest coli virtus, nisi ante cognoveris, quae sint virtutes verae, quae falsae. *Heum.* *Adiuventur* pro: adiuti fuissent.

12) Tanta utilitas ex virtutis perceptione demonstratur, aut tanta spes utilitatis.

13) Quae homine est dignissima. *Iudicaretis* pro iudicare deberetis.

14) Iurisprudencia enim et eloquentia, si belli tumultus increpuerit, iacent. Gubernatoris ars hyeme conquiet, ars imperatoris pace friget. *Passerat.* *Ceterae* sc. animi adversiones, cetera studia.

15) Sunt enim certa studia pueritiae, adolescentiae, virilis aetatis et senectutis. V. Cic. *Catonem.* *Idem.*

16) Alia studia fori, alia campi, alia curiae, alia urbis, alia ruris, alia castrorum. *Idem.*

17) *Agunt*: impellunt, incitant, die schönen Wissenschaften treiben das jugendliche Alter an, setzen es in Thätigkeit. Ernesti explicat per subigunt, acuunt ingenium adolescentum. V. *Clav.* Alii: *alunt*, i. e. sunt adolescentum veluti cibus. *Offic.* 1. 30. *hominis autem mens discendo aëtur.*

gium ac solatium praebent, 18) delectant
demi, non impediunt foris, 19) pernoctant
nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Quodsi ipsi haec neque attingere, 20) ne-¹⁷
que sensu nostro gustare possemus, tamen ea
mirari deberemus, etiam cum in aliis vide-
remus. Quis nostrum tam animo agresti 1) 8
ac duro fuit, ut Roscii 2) morte nuper non
commoveretur? qui cum esset senex mor-
tuus, tamen, propter excellentem artem
ac venustatem, 3) videbatur omnino mori
non debuisse. Ergo ille corporis motu 4)
tantum

18) V. Plin. lib. VIII. ep. 19. *Et gaudium mihi, et
solatium in litteris; nihilque tam laetum, quod his
laetius; nihil tam triste, quod non per has sit mi-
nus triste.*

19) Hoc est, in provinciis, aut in bello cum sumus.
V. Ernesti Clav. et Horat. Turf.

20) *Attingere*: tractare. *Gustare*: percipere vim, sua-
vitatem studiorum.

1) *Animus agrestis*, qui non facile commovetur, unem-
pfindlich. Agrestes enim, rudes vulgo homines atque
inculti, sensus mollioris et humanioris expertes esse
solent.

2) In arte histriomica principis: unde qui in arte ali-
qua ita versatus est, ut excellat, in suo genere *Ro-
scius* vocatur. Hunc Q. Catulus oriente sole pul-
criorem iudicabat, licet oculis esset perversissimis.

3) Non corporis; erat enim oculis perversis: sed artis,
in motu corporis.

4) Argumentum a minori. Nam si Roscium propter
corporis motum tantopere dileximus: quanto magis
Archiam propter animi motum, et ingenii celerita-
tem diligere debemus? *Manut.*

tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis,) 5) quoties ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, 6) magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quae tum agerentur, 7) dicere ex tempore! quoties revocatum 8) eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis! 9) Quae vero accurate cogitateque 10) scripsisset: ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic a summis hominibus erudi-

5) Nota artem oratoris, qui dum auditores ab attentione laudat, attentos maxime facit. *Novo genere dicendi*: inusitato in forense oratione.

6) Id est, cum nihil omnino scripsisset eorum, quae ex tempore dicebat. *Vidi h. e. audivi.*

7) Hoc dicit, ne antea facti et praemeditati versus viderentur.

8) Id est, oratum, ut semel dicta iterum diceret. Translatum ab actoribus, qui, ubi a spectatoribus vel versus quosdam, qui egregie iis placuerunt, repetere, vel in universum actas cum applausu partes de novo agere iubentur, *revocari* dicuntur.

9) Ut nihil ante meditatam fuisse, aut scripsisse constaret.

10) Magna eum cura, studio et commentatione. *Pasferat.*

eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia, 11) et doctrina, et praeceptis, et arte constare: poëtam natura ipsa valere, 12) et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari. 13) Quare suo iure noster ille Ennius 14) sanctos appellat poëtas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos 15) homines, hoc poëtae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa et solitudines voci respondent; 16) bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt: 17) nos instituti rebus optimis 18) non poëta-

11) Minime cum poëtica laude conferenda: siquidem haec ab hominibus adiuvantur; poëta vero, quantum valet, totum id a natura et a diis accipere videtur. *Manut.*

12) Id est, vim poëtae a natura tribui. *Passerat.*

13) Hoc dicitur apud Graecos ἐνθεοποιήσεις.

14) Poëta suo tempore praestans. *sanctos*: inviolabiles et colendos simul.

15) Doctissimos et politissimos. Argumentum pro poëta sumit a barbaria, a rebus inanimis, a bestiis immanibus. Quod barbaria sive gens inculta non violavit, id sanctum ducit: et quod barbariae sanctum est, id esse multo magis debet humanissimis hominibus.

16) Poëticum quiddam habet haec oratio: nec vitiosum, cum de poëta sermo sit. *Manut.*

17) Nota Orphei et Arionis fabula, terrestres maritimasque bestias flectentium. *Idem.*

18) Quae ad humanitatem informant. *Idem.*

poëtarum voce moveamur? Homerum Colophonii 19) civem esse dicunt suum: Chii suum vindicant; Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt: permulti alii 20) praeterea pugnant inter se atque conteridunt. Ergo illi alienum, 1) quia poëta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum

19) *Colophon*, urbs Ioniae celebris; unde *Colophonii*. *Chius*, insula Asiatica, in qua urbs eognominis; unde *Chii*. *Salamis*, urbs Cypri; unde *Salaminii*. *Smyrna*, urbs Ioniae; unde *Smyrnaei*. *Ernesti Clav.*

20) *Alti* sc. populi, Argivi, Athenienses, Rhodii. Quae enim urbes Homerum suum vindicant, his fere versibus continentur:

*Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri:
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chius,
Argos, Athenae.*

Homeri patria ergo incerta est; quae incertitudo videtur nata a multis, qui fuerunt, Homeri, quos Leo Allatius enumerat, cuius commentarium de patria Homeri consule.

1) Omnes enim haec urbes Homeri patria esse non potuerunt. Non nisi unius populi Homerus poterat esse popularis; ceteris, qui eum tanquam populari suum sibi vindicare volebant, debebat esse alienus. *Voluntate*, id est, amore. *Legibus*: Silvani et Carbonis. Civis Romanus factus est, quia talis fieri et voluit, et secundum legem promulgatam Silvani et Carbonis potuit. *Repudiamus*: ita Graevius ex aliquot Mss. edidit. Vulgata scriptura est *repudiamus*, quam praefero. Hac enim forma Cicero in tali argumentatione utitur. Cap. 8. *negligemus?* cap. 10. *eiiciemus?*

2) *Olim*

vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus? praesertim cum omne olim 2) studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam? Nam et Cimbricas res 3) adolescens attigit, et ipsi illi C. Mario; 4) qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quisquam est tam 20 averfus a Musis, 5) qui non madnari versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur. 6) Themistoclem illum, 7) fum-

inum /

2) *Olim*, hoc est, iamdudum. *Heum.*

3) De bello Cimbrico v. *Flor. lib. III. 3.* *Attigit* id est, inchoavit. Sic ipse interpretatur cap. 11. §. 23.

4) Qui Cimbro devicit. *Manut. Durior ad haec studia videbatur*; hoc est, parvi ea faciebat, ab his paullulum abhorrebat, vel minus iis flectebatur et movebatur. *Passerat. V. Ernesti Clav.* Ita de se hic Marius apud Sallustium de bello Jug. cap. 85. *Neque litteras Graecas didici: parum placebat eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.*

5) Id est, studiis, per metonym. causae effic. pro effectū.

6) Ut concursum nimis frequentem eiusdem terminationis vitaret Cicero, verba transposuit, *Debat enim esse praeconium facile patiatur. Suorum laborum:* rerum bene a se gestarum.

7) Cuius vitam exposuit Cornelius Nepos. Fuit in hoc Themistocle ardentissimum studium gloriae. Nam et noctu inambulabat in publico, qui somnum capere non posset, et quaerentibus respondebat, se Milriadis trophaeis suscitari. *Passerat. et Val. Max. lib. VIII. 14.*

num Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, *quod acroama*, 8) *aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime praedicaretur.* 9) Itaque ille Marius item 10) eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari. Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile, 11) et in multa varietate 12) terra marique versatum, totum 13) ab hoc expressum est: qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrent.

8) *Acroama* est et qui aliquid recitat auditu iucundum, et id, quod recitatur. Hic pro ipsa re accipiendum videtur, cum sequatur: *aut cuius vocem*, quo significatur is, qui recitat. Secundum Ernesti *acroamata* sunt non nisi homines, qui sive in theatro, sive in convivio, voluptatis causa, audiuntur, musici omnes, et scurrae, moriones, qui cantu nervorum, tibiarum et vocum, facere ridiculeve dictis, recitatione etiam aliqua, delectant aures. V. Ernesti *Clav. eiusdemque Excursum ad Aug. in Suet. cap. 74. Corn. Nepos in Att. cap. 14.*

9) Eadem fere verba leguntur apud Val. M. lib. VIII. 14.

10) Item Cicero libenter pro *etiam*, dicit, pari modo.

11) Magnitudinem atque difficultatem eius belli ostendit Cicero in oratione pro lege Manilia. *Magnum* erat, quia duravit XL. annos; *difficile*, quia gestum est terra marique.

12) Scilicet fortunae; modo victore Lucullo, modo Mithridate.

13) Non plane totum, sed quod a Lucullo gestum est. Nam res a Luculli successore, Pompeio, gestas non attigit. *Manut. Ab hoc sc. Archia.*

strant. 14) Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum, 15) et regiis quondam opibus, et ipsa natura regionis vallatum: populi Romani exercitus, eodem duce, non maxima manu 16) innumerabiles Armeniorum copias fudit: populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum 17) eiusdem consilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus 18) ereptam esse atque servatam: nostra semper feretur et praedicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis, et incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis: nostra sunt tropaea, 19) nostra monumenta, nostri triumphi. Quare, quorum ingeniis haec feruntur, ab iis populi Romani fama celebratur. Carus fuit Africano supe-²³riori noster Ennius. 20) Itaque etiam in sepulcro

14) Id est, illustre reddunt et celebre.

15) V. Orat. pro lege Manil. cap. 8. *Aperiri dicuntur provinciae, a quo primo exercitus in eas ductus.*

16) Itaque rex Armeniorum Tigranes, gener Mithridatis, cum romanum exercitum multis partibus inferiorem suo ad se venientem vidisset, *si ut legati, inquit, veniunt, multi, si ut milites, pauci. Manut.*

17) Similem locum v. in Orat. pro lege Manil. cap. 8.

18) Bellum enim tamquam importuna et insatiabilis est bestia. Periculum autem significat maximum et praesentissimum. V. Orat. III. in Catil. cap. 1. §. 1.

19) Intelligenda quaevis victoriarum monumenta, posita in iis regionibus, ubi victi hostes.

20) Conf. Val. Max. lib. IIX. cap. 14.

pulcro Scipionum 21) putatur is esse constitutus e marmore. 22) At iis laudibus 23) certe non solum ipsi, qui laudantur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In coelum huius 24) proavus Cato tollitur: magnus honos populi Romani rebus adiungitur: omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, 25) non sine communi omnium nostrum **I**olaude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat,

21) Ad portam Capenam: in quo tamen an Africanus ille, cui carus Ennius fuit, sepultus ipse sit, ambigitur. Periisse enim a multis creditur in Campaniae vico Literno, ibique sepultus esse. Alii autem non Literni, sed Romae mortuum elatumque tradiderunt, auctore Livio lib. XXXIX. cap. 56.

22) Sensus est: quod simulacrum marmoreum est in monumento Africani, id putant vulgo esse Ennii. Guilielmus arbitratur lacunam hic esse maiorem, quam quivis e vulgo suspicari possit.

23) *At iis laudibus* sc. quibus viri de republica bene meriti poetarum carminibus celebrantur, *non solum ipsi, qui laudantur*, ut Lucullus ab Archia, Cato, Maximus, Marcellus, Fulvius ab Ennio, *sed etiam populi Romani nomen ornatur.*

24) Designatur M. Cato, Uticensis postea dictus. *Proavus*: ille Censorius, quem supra cum Africano, Laelio, Furio coniunxit. Cap. 7. §. 16.

25) Militari laude clari, qui secundo Punico bello contra Hannibalem egregie pro republica pugnarunt. Sunt autem hi, Q. Fabius Maximus Cunctator: M. Claudius Marcellus, qui ducum Romanorum primus Hannibalem docuit posse vinci, Q. Fulvius Flaccus, qui Capuam recepit. *Manut.*

cerat, 1) Rudium hominem, 2) maiores nostri in civitatem receperunt: 3) nos hunc Heracleensem, multis civitatibus expetitur, 4) in hac autem legibus 5) constitutum, de nostra civitate eiiciemus?

Nam si quis minorem gloriae fructum partiat ex graecis versibus 6) percipi, quam ex latinis, vehementer errat: propterea, quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, 7) exiguis sane, continentur. Quare si res haec, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur: 8) cupere

K 2

debe-

- 1) Qui res gestas Catonis, Maximi, Marcelli, Fulvii versibus persecutus erat. *Idem.*
- 2) Ennium dicit, cuius patria fuerunt Rudiae, oppidum in Calabria.
- 3) Civitate donatus est a Q. Fulvio Nobiliore, M. Fulvii filio.
- 4) Donaverant enim eum civitate Rhagini, Locrenses, Neapolitani, Tarentini. *Heracleensem*: nobiliorem, quam Ennium; non enim Rudiae cum Heraclea conferendae. *Manut.*
- 5) Silvani scilicet et Carbonis.
- 6) Graeca igitur, non Latina, erant Archiae poemata: itaque supra non dixit Cicero, a C. Mario audiebatur, sed C. Mario iucundus fuit: Graecas enim literas Marius ignoravit. *Sall. de bello Jug. cap. 85.*
- 7) Non imperii R. quod latissime patebat, sed Latii tantum: itaque sequitur, *exiguis sane.* Erat enim ultra Latii fines Graeca lingua, erat Gallica, erat Etrusca. *Manut.*
- 8) Id est; tam late patent, quam orbis terrarum. Est oratoria amplificatio, ut etiam *Orat. III. in Catil. cap.*

debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare: 9) quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, 10) tum iis certe, qui de vita, gloriae causa, dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est, et laborum. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse

cap. II. et Orat. IV. cap. 10. §. 21. Galliam enim Romani nondum tenebant, neque Germaniam, nec alias regiones; sed ab occidente Hispania ulterior, ab oriente Euphrates fluvius imperii R. fines constituabat. *Idem.*

9) Graecis versibus prolatam. *Idem.* Quo minus, vulgo legitur; sed delevit Lambinus vocem *minus*, quae antecedebat vocabulum *manuum*, fretus codd. veterum auctoritate. Neque sequens *eodem* patitur, adesse *minus*.

10) *Ampla sunt*: ad gloriam eorum amplificandam faciunt. Eandem rem varie et eleganter Cicero expressit. Nam cum ex Archiae ingenio non modo privatam eorum, quorum facta versibus expresserat, sed publicam quoque manare laudem, vellet ostendere, haec dixit: *qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrent.* Cap. 9. §. 21. Eiusdem generis illud est: *populi Romani laus est ereptam esse atque servatam.* Et illud quod proxime sequitur: *Nostra semper feretur -- fama celebratur.* Iam de Ennio: *At iis laudibus certe -- nomen ornatur.* De eodem: *In coelum huius proavis -- adiungitur.* Nec dissimile illud: *Maximi, Marcelli -- decorantur.* *Idem.*

habuisse 11) dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo 12) ad Achillis tumulum adstitisset, *O fortunate*, inquit, *adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris.* 13) Et vere. 14) Nam nisi Ilias 15) illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, 16) nonne Theophanem 17) Mitylænaeum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit? et nostri illi fortes

11) Secum habuit Callisthenem, Aristobulum, Clitar-
chum; v. *Fabricii Bibl. Graec. lib. III. cap. 8.*

12) *Sigeum* promontorium Troadis. *Tumulum*: sepul-
crum.

13) Invidit igitur Alexander propter Homerum Achilli, non propter eius *vir* u em, quo significabat, scriptores rerum suarum cum Homero minime conferendos. Cherilus poeta etiam in Alexandri comitatu fuit, eiusque res gestas scripsit. Cui Alexander dixisse fertur, se Therfitem malle Homeri esse, quam huius Achillem.

14) *Et vera* subaudi *dixit*. Nos dicimus: Unde es ist
auch wahr, er hatte Recht.

15) Ita Homerus opus, in quo bellum apud Ilium inter
Graecos et Troianos gestum descripsit, appellat.

16) Cn. Pompeius, qui maximae virtuti parem fortunam adiunxit, quia tam felix fuit, quam fortis.
Passer.

17) Qui Cn. Pompeio familiaris admodum fuit, eiusque res gestas carmine perscripsit. Ab eo civitate donatus est. V. *Ernesti Clay.*

18) Id

tes viri, sed rustici 18) ac milites, dulcedine quadam gloriae commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore 19) approbaverunt? Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore 20) civitate donaretur, perficere non potuit. 21) Sulla, cum Hispanos et Gallos 22) donaret, credo, hunc petentem repudiasset! quem nos in concione vidimus, cum ei libellum 23) malus poeta de populo 24) subiecisset, quod epigramma in eum

18) Id est, indocti, illiterati. Lib. III. de off. cap. 19. *philosophos et rusticos* inter se opponit Cicero, tamquam doctos homines et indoctos.

19) Acclamatione, admurmuratione.

20) Imperatoribus enim potestas beneficiorum tribuendorum a populo deferebatur, ipsisque strenuos milites civitate donare licebat.

21) *Perficere non potuit*: ironica loquendi formula pro: certo perficere potuit, ut statim: *credo, hunc petentem repudiasset* pro: certo eum non repudiasset.

22) Quorum opera in bellis usus fuerat. *Hispanos*: in orat. pro Balbo LX. Gaditanos a Sulla civitate donatos scribit. *Gallos*: Massiliensem Arifionem Sulla civitate donavit. Cic. pro Balbo. Notetur argumentum a minore ad maius.

23) Paucorum versus carmen. Uti enim *liber* pro quavis scriptura, ita *libellus* pro quovis scripta brevi usurpatur.

24) Hoc est, vulgaris carminum artifex; unus ex multis, ein schlechter, elender Dichter. *Subiecisset* i. e. in manus dedisset, porrexisset. Inesse videtur verbo *subiicere* notio humilitatis, qua quid potentiori traditur. *Nostros dicerent*: zu Füßen legen.

25) In

eum 25) fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, 26) statim ex illis rebus, quas tunc vendebat, iubere ei praemium tribui sub ea conditione, *ne quid postea scriberet*. Qui sedulitatem mali poëtae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et virtutem in scribendo et copiam 27) non expetisset? Quid? a Q. Metello Pio, 26) familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos 28) impetravisset? qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubae 29) natis poëtis, pingue quiddam sonantibus

25) In eius laudem. *Tantummodo*: nihil habebat praeterea, quod iucunde legi posset: omni lepore, omni carens poëtica venustate. *Tantummodo-longiusculis*: das weiter kein Verdienst hatte, als daß es aus abwechselnden, langen und kurzen Versen bestand.

26) Ut prior sex, posterior quinque pedibus constaret, quales sunt versus generis elegiaci. *Vendebat*: Sulla enim, superato Mario, immanem exercuit crudelitatem in eos, quos vel suspicabatur a Marii partibus stesisse. Multos proscripsit, et proscriptorum bona vendidit.

27) *Copia*: Gedankenfülle. *Virtus in scribendo*: Stärke, Energie. *Ingenium*: poëtisches Talent.

28) Metelli Pii cognatos, Lucium et Marcum: ait enim Plutarchus, L. Luculli matrem Q. Metello Numidico, Pii patri sororem fuisse. *Manut.*

29) *Corduba*, oppidum in Hispania Baetica, Senesae et Lucani patria. *Hot.* *Pingue*: durum, minus suave, plump. *Peregrinum*: latino quidem sermone, sed ut


tibus atque peregrinum, tamen aures suas
 II dederet. Neque enim est hoc dissimulan-
 dum, 1) quod obscurari non potest; sed prae
 nobis ferendum: trahimur omnes laudis stu-
 dio, et optimus quisque maxime gloria du-
 citur. Ipsi illi philosophi etiam illis libellis
 quos de contemnenda gloria scribunt, no-
 men suum inscribunt; 2) in eo ipso, in quo
 praedicationem nobilitatemque despiciunt,
 27 praedicari de se, ac nominari volunt. De-
 cimus quidem Brutus, 3) summus ille vir et
 imperator, Attii, amicissimi sui, carminibus
 templorum ac monumentorum aditus exor-
 navit suorum. Iam vero ille, qui cum Aeto-
 lis,

in eo peregrinitas quaedam agnosceretur. Significat
 Cicero idiotismos, quos vocamus, linguae patriae.
Idem.

- 1) Tacendum, celandum. Simulamur falsa, dissimu-
 lamus vera. *Prae nobis ferendum*: fatendum palam.
- 2) *Idem* in Tusc. lib. I. cap. 15. *Quid nostri philo-
 sopherum? nonne his ipsis libris, quos scribunt de con-
 temnenda gloria, sua nomina inscribunt? Illis li-
 bellis pro illis legendum putat Ernesti his, quod accu-
 ratius et suavius censet, cum illi mox praecesserit.
 Nobilitatem: gloriam, famam.*
- 3) D. Iunius Brutus, collega Africani min. in Consu-
 latu, in Hispaniam cum imperio profectus de Gal-
 laecis triumphavit. Sexaginta enim millia Gallaece-
 rum oppressit, unde *Gallaecus* dictus est. De quo
 Val. Max. lib. IIX. cap. 14. *Accius* s. *Attius* fuit
 poeta Latinus Tragicus. *Vid. Fabric. bibl. lat. lib. IV.
 cap. 1. Suorum* h. e. a se, ut monumenta victo-
 riarum suarum exstarent, exstructorum.

lis, Ennio comite, bellavit, Fulvius, 4) non dubitavit Martis manubias musis consecrare. Quare, in qua urbe imperatores prope armati, poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati 5) iudices

4) M. Fulvius Nobilior in Aetoliam Ennium secum duxit, quod ei exprobatum est a Catone. *Tusc. I. 2.* Musis et Herculi templum dedicavit e manubiis. *Manubiae* est ea praedae pars, quae imperatori assignabatur, atque ab eo plerumque in rem sacram, aut opera publica impendebatur. *Ernesti Clav. Martis manubias*: Marti consecrandas. Liv. lib. 39. cap. 5. Probavit hucusque Cicero, Archiam civitate esse dignissimum, per exempla.



5) *Togati* opponuntur armatis et ad pugnam aptis, ut iudices imperatoribus. *A poetarum salute*: quasi Archiae salus in fructu civitatis Romanae posita fuerit.

6) Cum

iudices a Musarum honore et a poëtarum salute abhorrere.

28 Atque, ut id libentius faciatis, 6) iam me vobis, iudices, indicabo, et de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nam, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul 7) pro salute huius urbis atque imperii, et pro vita civium, proque universa republica gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit: quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, 8) hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat,

6) Cum intelligetis, quantopere id ego cupiam, Archiae devinctus, propter consulatum meum eius ingenio celebratum. *Manut. Iam me vobis iudicabo: me ipse prodam, ich will mich selbst bey euch angeben. Nimis acri fortasse: omnino Ciceronis amor gloriae ad posteros propagandae erat nimis acris. Quomodo enim defendes, quod scribit Luceio ad Div. V. 13. Hic ita: Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornas ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, et in eo leges historiae negligas, amorque nostro plusculum etiam, quam concedat peritas, largiare.*

7) Aucupatur iudicum gratiam, et eos Archiae conciliat, gloria cum iis communicata, quam Archiae versibus consequetur. *Idem.*

8) Quod mihi grava carmen et opus, et quod suave auditu visum est ob laudes meas, quas libenter audio. Est enim illud iucundissimum omnium oecroama, ut supra dixit Themistocles. *Passerat,*

9) Nul-

fiderat, 9) praeter hanc laudis et gloriae: qua quidem detracta, 10) iudices, quid est, quod in hoc tam exiguo vitae curriculo, et tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? Certe, si nihil animus praesentiret in²⁹ posterum, 11) et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret 12) suas; nec tantis se laboribus frangeret, 13) neque tot curis vigiliisque angeretur, neque toties de vita ipsa dimicaret, 14) Nunc infidet 15) quaedam

9) Nullum praemium rerum gestarum cum labore et periculo captat et requirit, Lib. I. de offic. cap. 19. *Idem.* Virtus id est, vir virtute praeditus, Abstractum pro concreto.

10) Hoc est, si nulla gloria manet eos, qui reipubl. bene gesserunt. *Heum,*

11) Nisi animus provideret, praefagiret, se immortalem esse. *Regionibus:* terminis, finibus.

12) *Terminaret:* si intra brevis vitae terminos contineri putaret.

13) *Se frangeret:* se fatigaret, se conficeret. *Frangi* dicuntur laboribus, qui omnes vires in iis perferendis consumunt.

14) *De vita ipsa dimicare:* das Leben in Gefahr setzen, sich in Lebensgefahr begeben. Copiose imprimis et ornate disputat in hanc sententiam in Catone cap. XXIII.

15) *Nunc,* pro: sed, *Infidet:* sedem quasi fixit et vim exercet, cum sciamus, post hanc vitam animum nostrum esse immortalem, immortalis gloriae cupiditatem optimorum virorum esse propriam, in Catone quoque ostendit. C. XXIII. *Quod quidem ni ita se haberet - niteretur, Virtus:* edler Trieb,

dam in optimo quoque virtus, quae noctes et dies animum gloriae stimulis 16) concitat, atque admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, 17) sed cum omni posteritate adaequandam. An vero tam parvi animi 1) videamur esse omnes, qui in republica, atque in his vitae periculis laboribusque versamur, ut, cum usque ad extremum spatium 2) nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? 3) An, cum statuas et imagines, 4) non

16) *Gloriae stimulus*: der Sporn nach Ehre. *Concitat*: ne langueat, ne umquam consistat, sed eo usque moveatur, donec eam gloriam, cui nulla dies finem afferat, assequatur. *Manut.* *Admonere*: mahnen.

17) Non ita vivendum, ut, quibus vita finibus, iisdem nostri nominis fama terminetur. *Idem.*

1) Qui tam exiguo vitae curriculo, tanque brevi contentus esse velit. Philosophi contra non secum omnia sua mori, sed nomen suum et famam conservari volunt.

2) Hoc est, extremam partem spatii ad vivendum dati. *Extremum vitae vocat lib. de Amic. cap. X.*

3) Sic Cato apud Ciceronem de se ipso loquitur. Cap. XXIII. *An censere traducere?*

4) Latius patet imago, quam statua: nam et picturam complectitur, et omnino quidquid rei verae similitudinem repraesentat. Eademque simulacri et effigiei significatio est. Hoc videre licet ex *epist. 12. ad Luceium, lib. V.* ubi et de picta ab Apelle, et de ficta a Lyfippe Alexandri Magni effigie loquitur Cicerone: *Illi artifices (Apelles et Lyfippus) corporis simulacra -- superavit,*

5) Men-

non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerint, consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum 5) effigiem non multo malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Ego vero 6) omnia, quae gerebam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare 7) arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. Haec vero sive a meo sensu post mortem abfutura est, 8) sive, ut sapientissimi homines 9) putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit: 10) nunc

5) Mentis, prudentiae et rerum fortiter gestarum. Mentis enim consilia sunt, virtutes in rebus existunt.

6) Ne vitium in eo, quod laudat, esse videatur, exemplum sumit a se ipso, et flagrare se proficitur laudis amore sempiternae. *Quae gerebam: in consulatu. Manut.*

7) Translatio ab agricolis, qui sementem bonam faciunt, ut laetam messem habeant.

8) Hoc est, sive anima eiusce gloriae non erit conscia, etiamsi anima superstes erit post solutionem a corpore.

9) Pythagoras, Socrates, qui multa de anima post mortem tradiderunt. De Amic. cap. III. in fine.

10) Ut ea sentiat animus meus ex aliqua parte. Putarunt forte, multas esse animi partes: quarum alias alia, cum a corpore discesserint, in illa aeternitate contemplari: aliquam tamen partem ad haec mortalia respicere, et ea sentire, quae pro salute patriae gessimus. *Manut.* Quid? si omittas animi. Delet hoc etiam Muretus. *Ad aliquam mei partem valet, ad meum sensum.* Pars enim hominis aliqua sensus est, et iam dixerat: *sive a meo sensu post mortem abfutura est.*

nunc quidem certe cogitatione quadam spe-
que 11) delector.

31 Quare conservate, 12) iudices, hominem
pudore 13) eo, quem amicorum videtis com-
probari tum dignitate, tum etiam vetustate:
ingenio autem tanto, quantum id convenit
existimari, quod summorum hominum inge-
niis expetitum esse videatis: causa vero eius-
modi, 14) quae beneficio legis, 15) aucto-
ritate municipii, 16) testimonio Luculli, ta-
bulis Metelli comprobetur. Quae cum ita
sint, petimus a vobis, iudices, si 17) qua
non

11) Dum et cogito, et spero futurum, ut ea post ob-
itum quoque sentiam. *Idem.*

12) Peroratio duabus absolvitur partibus, duplici peti-
tione, et repetitione argumentorum. Primo petit
iudices, ut Archiam conservent: deinde, ut in bo-
nam partem accipiant novum dicendi genus.

13) *Pudor* hic non significat verecundiam, sed virtu-
tem, honestatem, probitatem, *Quem* sc. pudorem,
vere ei inesse argumento vobis esse potest, quod viri
summi et gravissimi non solum iunxerunt cum eo ami-
citiā, sed eandem quoque per longos annos conti-
nuarunt. *Amicorum dignitas et vetustas* id est,
amici in summa dignitate constituti et vetustissimi. V.
Cap. 3. §. 5. *Sed etiam hoc non solum ingenii-
senectuti.*

14) Hoc est, hominem, qui eiusmodi causam habet.

15) *Beneficio legis* Silvani nōmpe et Carbonis.

16) Heracleae. Cap. 4 §. 3.

17) Particula *si* hic affirmat. Est enim sensus: Quan-
doquidem Archias is, qui vos, qui vestros imperato-
res, qui populi Romani res gestas semper ornavit,
ob tanta negotia dignus est, quem vobis non homines
modo,

non modo humana, 18) verum etiam divina 19) in tantis negotiis 20) commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit; 21) qui etiam his recentibus nostris, 22) vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudum daturum esse profitetur; quique est eo numero, 23) qui semper apud omnes sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestra levatus potius, quam acerbitate violatus esse videatur. 24) Quae de causa³ 2 pro mea consuetudine, breviter simpliciter-
que

modo, verum etiam dii commendent; petimus a vobis, ut eum sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestra levatus potius, quam acerbitate violatus esse videatur. *Manut.*

18) Cum ingenium Archiae ornamentum hominibus afferat, tradendis immortalitati rebus eorum memoria dignis, quod subiungitur: *qui vos - - ornavit. Idem.*

19) Quod divino afflantur spiritu poëtae, unde quoque sancti habentur. V. cap. 8. §. 18.

20) *In tantis negotiis*; in gravissimis, quos ille tractat, laboribus.

21) Illustravit, celebravit. Cap. 9. §. 22.

22) Scripturus erat Archias bellum Catilinarium. Cap. 11. §. 28.

23) Id est, ex eorum numero.

24) Id est, ut plus humanitati detis, quam iuri stricto. *Acerbitas* est crudelitas iudicum, qui innocentem et indignum condemnant. *Violatus*: est enim poëtae nomen sanctum, quod nulla barbaria violavit.

que 25) dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus: quae non fori, neque iudiciali consuetudine, 26) et de hominis ingenio, et communiter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo, 27) qui iudicium exercet, certo scio.

25) Ne vobis aut oratione supervacanea, aut artificio molestus essem. *Manut.*

26) Iam in exordio huius rei veniam petiit. Cap. 2.

27) *Ab eo* sc. esse in bonam partem accepta, quae de hominis ingenio et communiter de ipsius studio locutus sum. *Ab eo, qui iudicium exercet* h. e. a praetore, qui praestit huic iudicio. *Certo scio:* propterea, quod studiis potissimum delectatur humanis, iis, quibus excellit Archias.

M. TULLII CICERONIS

AD

Q U I R I T E S

POST REDITUM

O R A T I O,

habita anno aetatis 30. urbis 697.

ARGUMENTUM.

Cum Cicero testimonium tulisset contra Clodium, pollutorum sacrorum reum; ita illum in se exacerbavit, ut non quiesceret tribunus pl. factus, nisi Cicerone in exsilium eiecto, hanc speciosam causam apud populum praetexens iniquitati suae, quod cives Romanos (Catilinae coniurationis participes) indemnatos Cicero consul interfecisset. Et quo facilius, quod cupiebat, obtineret Clodius, illius anni consules, Gabinium et Pisonem, spe pinguiorum provinciarum compulsi, ut paterentur, Ciceronem optime meritum exterminari. Postero vero anno summa Italiae consensione, incredibili bonorum omnium studio, agente Lentulo, deprecante Cn. Pompeio, ab ex-

filio, in quo sedecim menses fuerat, revo-
catus est. Romamque venit pridie Non.
Sept. anno aetatis suae quinquagesimo. In
haec igitur oratione gratias agit populo
Rom. et in ea, quae hanc sequitur, Sena-
tui, pro insigni illo restitutionis beneficio.
An vero haec, quae ad Quirites inscripta
est, post reditum prius habita sit, quam
quae sequitur, parum interest scire. In
veteribus duobus codicibus Lambini, haec
oratio sequitur eam, quam habuit in Se-
natu. Ratio postulare videtur, ut prius
senatui quam populo gratiae agerentur,
cum satis constet, ipse Cicero etiam in utra-
que oratione pluribus verbis testificetur,
senatum principem in ipsius reditu consi-
ciendo fuisse, ac prius in senatu, quam ad
populum de ea re actum fuisse, immo vero
senatum auctorem fuisse, ut de ea re cum
populo ageretur. Unde intelligitur, pri-
mam fuisse, quam, in senatu Non. Sept.
habuit, hanc vero ad Quirites postridie,
sc. VIII. Idus Sept. esse habitam. Manu-
tius etiam fatetur, se suspicari interdum,
orationem hanc scriptam esse, non habi-
tam, quia eius Cicero non fecit mentionem
in epistola 1. lib. IV. ad Attic. Inde au-
tem, ego si quid video, nihil sequitur. Om-
nis ergo oratio versatur in demonstranda
beneficii sibi tributi magnitudine; quod
haec ipsa est grati animi significatio, cum,
quantum sit beneficium, intelligere nos
osten-

ostendimus, et facilius fidem facimus, gratum nobis beneficium esse. Commode autem dividitur in tres partes.

I. Summam laetitiam de restitutione sua in patriam proponit, acceptumque beneficium praedicat recensendo bona, quae recuperavit, liberos, fratrem, rem familiarem, amicos, honores, patriam: quae omnia ipsi multo iucundiora videntur, quam antea. *Cap. 1.*

II. Summis effert laudibus beneficia populi Romani, qui non solum calamitatem ipsi detraxit, sed dignitatem etiam auxit. *Cap. 2. §. 5.* Quod ut magis appareat, enumerat causas, quae, ut restitueretur, plurimum fecerunt. *Scilicet*

1. pro ipsius reditu neque multi cognati neque affines deprecati sunt, sed fratris miserrimi lacrymae fordesque lugubres.

§. 6-8.

2. senatus ipse decrevit ipsi reditum, quod neque Popillio, neque Metello, neque Mario contigit. *§. 9. 10.*

3. municipia et coloniae eum in patriam ter suis decretis revocarunt. *§. 10.*

4. reductus est, cum ii, a quibus eiectus esset provincias obtinerent. *§. 10.*

5. revocatus est Senatusconsulto et lege, totius Italiae consensione, *incredibili*

bonorum omnium studio, agente Lentulo, adiuvante T. Annio, et P. Sextio, deprecante Pompeio. §. 11-17.

III. Pollicetur,

1. summam erga populum Romanum pietatem. §. 18.
2. studium in rempublicam, quod perpeffa hac iniuria nihil mutatum esse exemplo Marii restituti ostendit. §. 19. 20.
3. maiorem in remunerandis beneficiis populi, quam ulciscendis inimicorum iniuriis operam. §. 21-23.
4. perpetuam beneficii memoriam, et studium in rempublicam indefessum. §. 24. 25.

Quod precatus a Iove 1) Optimo Maximo, ceterisque diis immortalibus sum Quirites, 2) eo

- 1) Quem propter beneficia populus Romanus *Optimum*, propter vim *Maximum* nominavit. *Hot.*
- 2) *Quirites*: ita domi appellabantur cives romani et quidem universi. In bello autem *militēs*. Unde sic appellati, non omnes consentiunt. Traxerunt hoc nomen vel e Romulo, qui relatus in deorum numerum cognominabatur *Quirinus*, vel a Sabinis, quibus hoc nomen proprium fuit. Qui cum deinceps

eo tempore, cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, otio, concordiaque devovi, 3) ut, si meas rationes 4) umquam vestrae salutis anteposuissem, sempiternam poenam 5) sustinerem, mea voluntate susceptam; sin et ea, quae ante gesseram, 6) conservandae civitatis causa gessissem, et illam miseram profectionem 7) vestrae salutis gratia 8) suscepissem, ut, quod odium scelerati 9) homines et audaces in rempublicam et in omnes bonos conceptum iamdiu continerent, id in me uno potius, quam in optimo quoque, et in universa republica deficeret;

civitatem romanam essent recepti, Romani omnes hoc nomen accepisse dicuntur.

- 3) Devovet se, qui, ut alterum servet, sponte calamitatem vel periculum subiit: ut Decii, ne periret exercitus, ipsi se dovoverunt. Liv. lib. VIII. cap. 9. Sic Cicero, ne caedes honorum fieret, armis dimicare cum Clodio et consulibus noluit, sed pro communi salute se devovit, et in exilium abiit. Similimus locus est in oratione pro Domo cap. 57. *Manut. et Ernesti Clav.*
- 4) Id est, utilitatem meam, commoda mea: frequens locutio. Unde, *consulere suis rationibus. Hotom.*
- 5) *Sempiternam poenam*: exilium perpetuum. *Mea voluntate*: lubenter, non coactus.
- 6) In Catilinae coniuratione opprimenda. *Hot.*
- 7) Molliore hoc vocabulo suum designat exilium: quia scilicet libenter ivit in exilium ad magnam perturbationem a republ. avertendam. *Heum.*
- 8) Ne propter me civile aliquod bellum exoriretur.
- 9) Clodius cum suae factionis hominibus.

ret; 10) hoc si 11) animo in vos liberosque vestros fuisset, ut aliquando vos, patres conscriptos, Italiamque universam, memoria mei, misericordia, desideriumque teneret: eius devotionis me esse convictum 12) iudicio deorum immortalium, 13) testimonio senatus, consensu Italiae, confessione inimicorum, 14) beneficio divino, immortalique vestro.

10) Id est, desineret, in me ita se exfereret, ut simul omne odium consumeretur, non solum effunderetur, quod proprie respondet verbo *continere*, sed in eo effundendo finis odii fieret. V. *Ernesti Clav.* Heumannus haec vera esse oratoris verba existimat: *id in me unum potius, quam in optimum quemque et in universam remp. eicerent; unde factum desicerent: eicerent autem dictum pro evomerent.*

11) Pro, hoc, inquam, si. Vos, sc. Quirites, quos a senatu discernit orator.

12) Sive, eam devotionem esse convictam et commissam, uti pro *Domo* cap. 57.-- hanc ego devotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique convictam esse et commissam putabo. Devotio convicta et commissa autem dicitur, cum existit conditio eius, sive id, quod voto suscepto a Diis consequi volumus. *Ernesti Clav.* in *committere*. Restitutus ergo Cicero eius devotionis erat convictus, quia fructum, quem illa devotione petierat, erat consecutus.

13) Quorum erga me benevolentiam eventus declaravit. Nam homines ex eventu Dei voluntatem aestimant. *Hot.*

14) Unum potissimum significat Metellum consulem, qui adhuc inimicus Ciceronis tamen non adversabatur revocationi eius in patriam. Cap. 4. §. 10. Post red. in senatu cap. 10. §. 25. *Heum.*

15) *Etsi*

vestro, maxime laetor, Quirites. Etsi enim 15) nihil est magis optandum, quam prospera, aequabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitae sine ulla offensione cursu: 16) tamen, si mihi tranquilla et placata omnia fuissent; 17) incredibili quadam, et paene divina, qua nunc, vestro beneficio, fruor, laetitiae voluptate 18) caruisssem. Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi? mihi vero 19) et propter indulgentiam meam, et propter excellens eorum ingenium, 20) vita sunt mea cariores.

15) *Etsi enim*: ita legendum videtur Hotomanno, quocum sentit Heumannus, qui τὸ ἁνθρώπῳ, quod in vulgatis est, delendum censet, scilicet ex enim *natum*. Laetitia suam de reditu amplificat, et accepti beneficii magnitudinem hoc loco orditur verbis augere. Comparat igitur praesentem statum suum, quem populo debebat, cum superiori, illumque huius longe praesent, quamquam et illum amplissimum fuisse fatetur. Minus enim, quae assidue percepta sunt, quam quae sunt restituta, delectant. *Hot.*

16) *Secundo cursu* sc. exiliente. *Offensio*: calamitas.

17) Id est, si nihil adversi mihi accidisset, si fortunam nemo turbasset. *Ernesti Clav.*

18) *Laetitiae voluptas*: voluptas, quae oritur ex laetitia.

19) *Vero*, h. l. affeverantis est, pro certe, sane positum. *Indulgentia* praecipue parentum in liberos caritatem significat.

20) *Ingenium* hic significat non solum intellectus vires, sed totam hominis indolem: *Naturel*. Ceterum hoc amoris paterno facile est concedendum, et praesertim eius, qui liberis restitutus est. *Hot.*

riores. Tamen non tanta voluptate erant
 3 suscepti, 21) quanta nunc sunt restituti. Ni-
 hil cuiquam fuit umquam iucundius, quam
 mihi meus frater. Non tam id sentiebam,
 cum fruebar, quam tunc, cum carebam; 22)
 et posteaquam vos me illi, et mihi eum red-
 didistis. Res familiaris sua quemque dele-
 ctat; reliquae meae fortunae 23) recupera-
 tae plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam
 tunc incolumes 24) afferebant. Amicitiae,
 consuetudines, vicinitates, clientelae, 25)
 ludi

21) Id est, nati. *Suscipere liberos* est procreare. Quae
 forma loquendi inde nata est, quod recens editi in-
 fantes deponerentur in terra: quos si probasset, et
 educare decrevisset pater, levabat et suscipiebat.

22) Sic bene Plautus in *Captivis* Act. 1. Sc. 2. v. 39.
Tum denique homines nostra intelligimus bona,
cum, quae in potestate habuimus, ea amisimus.

23) Non enim omnes, sed partem duntaxat ex Clodii
 praeda et direptione recuperarat. *Hot.*

24) *Incolomes*: ita Hotomannus legendum suspicatus
 est, ut paria paribus referantur. Respondet enim
 hoc *reliquis fortunis*. *Mihi* autem refertur ad utrum-
 que: *reliquae plus vol. afferunt*, et *tunc incolumes*
afferebant. Graevius vulgatam scripturam, quae est
incolumi, tuetur, et hic repetendum putat *reliquae*
fortunae, ut sit sententia: fortunae meae, quaecun-
 que nunc sint, mihi plus afferunt voluptatis, quam
 afferebant incolumi.

25) *Clientelae*: officium clientum in me patronum.
Ludi: gladiatorii, circenses, scenici, quos etiam
 principes viri spectare consueverant. Sed hoc dicit
 fortasse temporis causa. Nam quos alii dies ludis
 dabant,

ludi denique, et dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. Iam vero honos, dignitas, locus, 4 ordo, beneficia vestra, 26) quamquam mihi semper clarissima visa sunt, tamen ea nunc renovata, illustriora videntur, quam si obscurata non essent. Ipsa autem patria, dii immortales! dici vix potest, quid caritatis, 27) quid voluptatis habeat! quae species Italiae! quae celebritas 28) oppidorum! quae forma regionum! qui agri! quae fruges, quae pulchritudo urbis! quae humanitas civium! quae reipublicae dignitas! quae vestra maiestas! Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis. Sed tamquam 29) bona validatio iucundior est eis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui numquam aegro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quam assidue percepta, delectant.

dabant, ipse in studiis consumebat. *Pro Arch.* cap. 6. §. 13.

26) *Pro quae vestra beneficia sunt.* Appositio. *Heum.*

27) *Quid ponitur pro quantum.* *Habeat:* latinitas requirit coniunctivum *habeat*; Vulgo est *habet*. *Quid caritatis habeat patria,* idem significat, quod *quam cara sua cuique sit patria.*

28) *Incolarum frequentia.* Ita *pro Arch. cap. 3. celebris urbs,* i. e. quae abundat incolis,

29) *Pro tamquam* rescripsit *Graevius sicut;* sed *tamquam* est retinendum secundum *Heumannum* et *Ernesti.* Ita enim saepius locutus est *Cicero* alibi.

2ctant. Quorsum 1) igitur haec disputo? 2) quorsum? ut intelligere possitis, neminem umquam tanta eloquentia fuisse, 2) neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quae in me fratremque meum, et liberos nostros 3) contulistis, non modo augere, aut ornare oratione, sed enumerare, aut consequi possit. A parentibus, 4) id quod necesse erat, parvus 5) sum procreatus:

1) *Quorsum*, id, quod alii dixissent: *quem ad finem*; quod autem non est: *wozu? zu welchem Ende?* sed potius: *quousque? quamdiu?*

2) Hanc sententiam aliis verbis insignite expressam vide in Orat. post red. in Senatu cap. 1. Pro Marcello cap. 2.

3) Id est, liberos meos et liberos fratris mei. *Heuman. Non modo*, hoc est, non dicam. *Pro Marcello cap. 2. Augere*: amplificare, celebrare, magnificentius aliquid iactare, quam verius. *Ornare*: illustrare. *Enumerare* respicit *multitudinem*, *consequi* autem *magnitudinem* beneficiorum.

4) Comparat iam restitutionem suam cum parentum, Deorum, et populi Romani beneficiis, et recens hoc multo praestantius esse ostendit ex eo, quod illa gradatim et cum aliquo intervallo acceperat: nunc vero omnia illa univcrsa et uno tempore adeptus est. *Not.* *Id quod necesse erat*: ut natura rerum fert, secundum naturae ordinem.

5) *Parvus* et *consularis* sibi opponuntur; quare male *Graevius parvus* ei ei voluit. Hoc enim sibi vult orator: Plus debeo vobis, quam parentibus meis. Ab iis enim necessitate naturali natus sum *homo parvus*: a vobis contra, cum aere revocallis in patriam, pristinam-

tus: a vobis natus sum consularis. Illi mihi fratrem, incognitum, qualis futurus esset, dederunt: vos spectatum et incredibili pietate cognitum reddidistis. Rempublicam illis accepi 6) temporibus eam, quae paene amissa esset: 7) a vobis iam recuperavi, quam aliquando omnes unius opera 8) servatam indicaverunt. Dii immortales mihi liberos dederunt: vos reddidistis. Multa praeterea a diis

finamque mihi reddidistis dignitatem, natus sum *vir magnus*, vir sc. consularis. Vocare autem veteres solebant, ut illum, quo nati erant, diem, sic et illum, quo amplissimos honores recuperaverant, *diem natalem suum*. Ipse nos in Orat. post red. in senatu cap. 11, Et lib. VI. ad Attic. epist. 6. restitutionem et renovationem pristinae dignitatis, quam post exsilii calamitatem adeptus erat, eleganter vocat *παλιγγενεσίαν* suam. Immo magis perspicue lib. III. epist. 20. *Diem natalem reditus mei, cura, ut in tuis aedibus annoenissimis agam tecum*. Et lib. IV. epist. 1. de hoc ipso reditu suo: *alterius vitae quoddam initium ordimur. Heum.*

- 6) *Accipere republ. capeffere republ. accedere ad republ.* crebro usurpat Cicero, pro magistratus adipisci. Hoc loco autem de solo consulatu suo loquitur. Ergo idem est, quod factus sum consul. *Hot.*
- 7) *Amissa esset: vulgo est.* Vitium certum est e compendio, ut saepe alibi. Hoc autem sibi vult orator: illo tempore parum absuit, quin amitteretur ea et prorsus interiret. *Heum.*
- 8) De se ipso autem loquitur, propter extinctam consilio ac virtute sua coniurationem. v. cap. 7. *Manus.* Aliquando non semper de futuro, sed et de praeterito tempore dicitur, ut hoc loco.

diis immortalibus optata consecuti sumus: nisi vestra voluntas 9) fuisset, omnibus divinis muneribus caruissemus. Vestros denique honores, quos eramus gradatim 10) singulos assecuti, nunc a vobis universos habemus: ut, quantum antea parentibus, quantum diis immortalibus, quantum vobismetipsis, tantum hoc tempore uni 11) populo Romano debeamus.

6 Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim: tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxillis videamini. Non enim pro meo reditu, ut pro P. Popillii, 1) nobilissimi hominis,

9) Benevolentia, in me resituendo. *Hotom.*

10) Fuerat enim Cicero Quaestor, Aedilis, Praetor, denique Consul.

11) *Uni*: ita legendum censet Ernesti, quem secutus sum. Hanc lectionem veram puto, quia omnia sibi bene respondent: *quantum, tantum; antea, hoc tempore; diis imm. parentibus, vobismetipsis, uni populo Romano.*

1) Totum hunc locum totidem paene verbis inculcat in Orat. post red. in senatu cap. 15. P. Popillius, cum in consulatu amicos Tib. Gracchi in exilium egisset, postea C. Graccho legem adversus eos ferente, qui cives Rom. indicta causa ex urbe eiecissent, Italia profugit, rogatione vero L. Bestiae trib. pl. restitutus est. *Brutus cap. 34. Adolescentes filii; erwachsene Söhne.*

minis, adolescentes filii, et multi praeterea cognati 2) atque affines deprecati sunt: non, ut pro Q. Metello, 3) clarissimo viro, iam spectata aetate filius; non L. Diadematus, 4) consularis, summa auctoritate vir, non C. Metellus censorius, 5) non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, 6) qui tum consulatum petebat,

2) *Cognati*: qui quasi ab eodem orti progenerive sunt, *Blutsverwandte*. *Affines*, qui inter se coniunctionem sive propinquitatem per nuptias contraxerunt.

3) Numidico. Pro Arch. cap. 3. Lege Saturnini citatur, quod in eius legem, quam non iure rogatam iudicaret, iurare nollet. Revocatur deprecante filio et tota familia. Filius etiam *Pius* propterea nominatus est, quod pietate sua et assiduis precibus patrem restituit. *Clarissimi* dicuntur non nisi senatores.

4) L. Metellus Diadematus, Macedonici filius, pro Numidico intercessit. Diadematus dictus est a diademe, quo ulceris in fronte tegendi causa utebatur. Cave autem, ne *Diadematum* cum *Dalmatico* confundas et pro uno habeas, cum *Dalmaticus* sit *Diademati* frater patruelis. Est enim Dalmaticus Calvi filius, Calvus vero Macedonici frater. V. *Ernesti Clav. Consularis* dicitur, qui consulatu functus est.

5) C. Metellus Censorius, Macedonici quartus filius, qui et dicitur Caprarius. Censor fuit cum Q. Metello Numidico, et candidatus Consulatus, cum moreretur pater.

6) Balearici filius. *Sororum*: sorores Metellorum intellige. *Luculli*: nam L. Lucullus uxorem habuit Metelli Numidici sororem. Ver. IV. cap. 66. *Servilii*: P. Servilius Italicus Q. Metelli Macedonici filia, sorore Metellorum quatuor, filiorum Macedonici, natus est. *Manut. Scipiones*: P. Scipio Nasica, qui cum genere suo Cn. Pompeio consulatum gessit, adopta-

petebat, non sororum filii, Luculli, Servi-
 lii, Scipiones: permulti enim tum Metelli
 aut Metellarum 7) liberi pro Q. Metelli re-
 ditu vobis ac patribus vestris supplicaverunt.
 Quodsi ipsius summa dignitas maximaeque
 res gestae 8) non satis valerent: tamen filii
 pietas, propinquorum preces, adolescen-
 tium squalor, maiorum natu lacrymae popu-
 lum Romanum movere potuerunt. Nam C.
 Marii, qui post illos veteres clarissimos con-
 sulares, 9) vestra patrumque memoria, ter-
 tius ante me consularis, subiit indignissimam
 fortunam praestantissima sua gloria, dissimilis
 fuit

adoptatus est a Metello Pio, unde Q. Caecilius Metellus
 Pius Scipio, et modo P. modo Q. dicitur. Hinc Cicero
 Macedonicum in orat. pro Domo huius proavum vocat.

7) *Metellarum*, ita legendum videtur pro *Metellorum*,
 quod est in aliis. Scilicet non solum Metelli, eorum-
 que liberi, qui sunt ipsi Metelli, sed etiam Metel-
 larum filii, qui iam non sunt Metelli, sed quorum
 matres erant e familia Metellia, e. g. Luculli, Sci-
 piones, pro Metelli reditu supplicarunt. *Lambinus*.
Supplicare est *precari* humiliter, ergo plus, quam
 orare, rogare.

8) In Numidico bello. *Squalor*: significat vestes lu-
 gubres, squalidas, et sordidas, candidis splendenti-
 busque togis oppositas, quibus utebantur, qui vel
 pro se vel pro alio deprecabantur. Paulo post
 vocat *sordes lugubres*, et iterum *squalorem* et
squalorem sordesque. Et cap. 7. vocat *vestem mu-
 tatam*, id quod et fecit pro Ligario cap. 11. *Heum*.

9) Post Popillium et Metellum. *Indignissimam fortu-
 nam*: cum post sextum consulatum a Sulla in exi-
 lium una cum filio eiectus est.

fuit ratio. Non enim ille deprecatione rediit: sed in dissensu 10) civium, exercitu se armisque revocavit. Me autem 11) nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorum ac tumultus metu, C. Pisonis, 12) generi mei, divina quaedam et inaudita pietas atque virtus, fratrisque mei miserrimi atque optimi quotidianae lacrymae fordesque lugubres a vobis deprecatae sunt. Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret: 13) qui suo fletu delictarium mei, memoriamque renovaret: qui statuerat, Quirites, si vos me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam: et tanto in me amore exstitit, ut negaret fas esse, non modo domicilio, sed ne sepulcro quidem 14) se a me esse seiunctum. Pro me praesente senatus, hominumque praeterea viginti milia

10) Haec est vulgata lectio. Alii: *discessu*, quod defendit Ernesti. Intelligit autem seditionem civilem.

11) *Me autem*: alii *At me*. Nihil refert.

12) C. Piso, gener Ciceronis, Ponti et Bithyniae quaesturam pro soceri salute neglexit. Post red. in senatu cap. 15. *Inaudita pietas*: hanc lectionem suavit Ernesti, et libenter in textum recepi *pietas* pro *auctoritas*, quae Pisoni, quaestori adhuc, non convenit.

13) Hoc est moveret ad dolorem.

14) Hoc non consentit, ut recte observavit Ernesti, verbo *negaret*; debebat potius esse *sed vel*, sive *etiam*, nisi subintelligitur *diceret*, pro *negaret*.

lia vestem mutaverunt: pro me absente 15) unius squalorem sordisque vidistis. Unus hic, inventus est, [qui domi,] qui in foro mihi esse posset pietate filius, beneficio parens, amore idem, qui semper fuit, frater. 16) Nam coniugis 17) miserae squalor et luctus, atque optimae filiae moeror assiduus, filiique parvi desiderium mei, lacrymaeque pueriles,
aut

- 15) Mss. et edd. habent *pro eo me absente, pro eodem me absente, pro me absente, pro eodem absente, sine me*. Hoc ultimum recepit Ernesti; vis enim, inquit, est in *eodem*. Mirum sc. in eodem homine non idem factum praesente et absente.
- 16) Ita Ernesti hunc locum esse constituendum arbitrat, eiusque correctio cuius se facile probabit. Sensus est: omnia hic unus praestitit, quae filii, parentes, fratres praestare possunt. Valde autem dubito, verba ista, *qui domi*, esse a Cicerone; immo potius sunt a glossatore, quod valde probabile facit locus similis in Oratione post red. in senatu cap. 15. Ineptè hic commemorantur domestica officia. Hinc uncis inclusi ea, et Graevius delevit, praesidio munitus antiquorum codicum. Cicero praecedentia verba explicat et ostendit, unicum fratrem fuisse, qui pro se populo fuerit supplex. Nam illum unum fuisse, qui potuerit in foro versari, et supplicando ipsius causam agere, cum id officium ei nec uxor, nec filia, nec filiolus posset praestare. Lectio Graevii, quae a vulgata non valde discrepat, est: *Unus hic, qui in foro posset esse mihi pietate filius, inventus est beneficio parens etc.*
- 17) Coniux Ciceronis fuit Terentia; filia, Tullia; filius, M. Cicero; frater, Q. Cicero. *Magnam partem*, id est, magna ex parte. Cic. de off. lib. 1. cap. 9.

aut itineribus necessariis, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Quare hoc maius 1) est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis nos reddidistis.

Sed quemadmodum propinqui, quos ego 4) parare non potui, 2) mihi ad deprecandam calamitatem meam non fuerunt: sic, illud, quod 3) mea virtus praestare debuit, adiutores, auctores, hortatoresque 4) ad me restitutum ita multi fuerunt, ut longe superiores omnes 5) hac dignitate copiaque 6) superarem. Numquam de P. Popillio, clarissimo atque fortissimo viro; numquam de Q. Metello, nobilissimo et constantissimo cive; num-

1) Id est, eo maius.

2) Significare videtur, sibi perpaucos ac fere nullos propinquos fuisse. Nam multos habere propinquos, munus est fortunae. Sensus: nullos habui propinquos, qui deprecarentur calamitatem. Pro fuerunt vulgo *adfuerunt*;

3) Rara dictio *illud quod pro id quod*. Ceterum facile apparet, opponi inter se haec duo: *quos ego parare non potui*, et *quod mea virtus praestare debuit*. Dicit scilicet, propinquos multos habere, esse munus fortunae, idque non esse in potestate nostra; at amicos sibi quemque conciliare posse virtute sua et rebus praeclare gestis. *Heuman*.

4) Haec tria servari et possunt et debent ad rem augendam.

5) P. Popillium et Metellum Numidicum, qui ante me eandem subierunt fortunam. *Idem*.

6) Scilicet patronorum atque amicorum.

numquam de C. Mario, custode civitatis 7) atque imperii vestri, in senatu mentio facta 10 est. Tribunitiis superiores 8) illi rogationibus, 9) nulla auctoritate senatus sunt restituti. Marius vero non modo non a senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus: 10) nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marii, sed exercitus atque arma valuerunt. At de me ut valeret, 11) semper senatus flagitavit: ut aliquando perficeretur, cum primum licuit,

7) Praecipue propter innumerabiles Cimbrorum Toutonorumque copias ab illo superatas. Ex hoc bello cum victor rediret, primores civitatis, qui ipsi tamquam novo homini inviderant, conservatam ab eo rempublicam fatebantur.

8) *Superiores* suspectum videtur, atque huc aliunde tractum. Est enim plane alienum, cum pertineat ad eos, quos proxime nominavit. Uncis inclusit Ernesti.

9) *Tribunitiae rogationes* dicuntur, quae a tribunis latae sunt. Rogationis autem nomine continetur lex, in qua ferenda populus a tribuno rogatur, velitne, iubeatne? Quae rogatio, si populus eam acceperat, lex fiebat. *Auctoritate senatus.* V. Ernesti *Clav. in auctoritas.* *Nulla auctoritate* i. e. sine auctoritate.

10) V. cap. 15. orat. in senatu. De reditu Marii ex Africa leges Flor. lib. III. cap. 21. *Pro non modo vulgo non modo non.* Delevit Graevius *non*; male. Quam enim profert rationem, hic non valet. Dicitur tantum *non modo pro non modo non*, sequente *sed ne quidem*, id quod docuit Manutius ad ep. 9. lib. I. ad Div. Nostri vero loci alia est ratio.

11) Subaudi e proximo: *rerum gestarum memoria.* *Semper-flagitavit*: etiam Pilone et Gabinio coll.

cuit, 12) frequentia atque auctoritate perfect. Nullus in eorum reditu motus municipiorum et coloniarum factus est. 13) At me in patriam ter suis decretis Italia cuncta revocavit. 14) Illi, inimicis, interfectis, 15) magna civium caede facta, reducti sunt: ego iis, a quibus eiectus sum, 16) provincias obtinentibus, inimico autem 17) optimo viro et mitissimo, 18) altero consule 19) redu-

M 2

ctus

12) Lentulo et Metello *coll.* per vim Clodianorum: quae tandem summo magistratum consensu superata est. *Hot.*

13) Uti in meo reditu factus est. Omnibus enim e municipiis et coloniis cives ad comitia de Cicerone revocando concurrerunt. Sed ad eorum reditum iuvandum nihil fecere municipia. Non venerunt Romanam. *Motus* ergo hic in meliorem partem dicitur. *Municipium* est genus oppidorum Italiae, quod iure civitatis Romanae donatum erat, sed ita, ut legibus suis uteretur et suis magistratibus. Cives municipii dicuntur *municipes*.

14) Id est, decrevit, me esse reducendum.

15) Graccho et Saturnino. *Hot.*

16) Pisone et Gabinio *Coll.* quorum ille Macedoniam, hic Syriam obtinuit.

17) Q. Metello consule, Lentuli collega, qui tribunus plebis Ciceronem abeuntem consulatu concionis habendas potestate privaverat. *Orat. post red. in senatu cap. 10. Manut.*

18) Verbis utitur lenientibus id, quod dixerat: *inimico autem. Idem.*

19) Delevi hic verbum *referente*, quod in vulgatis est post *Consule*. Intelligitur hic Q. Metellus, qui quidem illo tempore cum Cicerone in gratiam rediit,

cui

ctus sum: cum is inimicus, 20) qui ad meam
 perniciem vocem suam communibus hosti-
 bus 21) praebuisset, spiritu duntaxat vive-
 ret, 22) re quidem infra omnes mortuos
 5 amandatus esset. Numquam de P. Popillio
 11 L. Opimus, 1) fortissimus consul, numquam
 de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat
 inimicus, 2) sed ne is quidem, qui secutus
 est, M. Antonius, 3) homo eloquentissimus,
 cum

cum ei inimicus antea esset propter Clodium, sed de
 Cicerone revocando non retulit ad senatum. Lentu-
 lus, collega eius, retulit, et Metellus non adverfa-
 tus est intercedendo. §. 15.

- 20) Adduci non potest Manutius, ut hunc esse credat
 P. Clodium, quia, post mentionem consulum, non
 de privato homine, sed de magistratu loquitur: Clo-
 dius autem magistratum nullum gerebat hoc anno.
 Itaque significari credit Atilium illum, tribunum pl.
 qui Kalendis Ian. Lentulo consule de reditu Cicero-
 nis referente rem distulit. §. 11. *Kalendis vero
 Ian. posteaquam* etc. Eundem intelligit Ernesti.
- 21) Pisoni et Gabinio et Clodio, non meis solum, sed
 totius reip. hostibus. *Vocem suam:* cum in senatu
 referente Lentulo, Kal. Ian. intercessit. *Vox autem
 intercedentis haec est, veto. Manut.*
- 22) Nihil praeter spiritum reliqui haberet. *Hot.*
- 1) Qui Consul cum Q. Fabio C. Gracchum interfecit.
 In quo huius loci posita vis est. Nam cum Popillius
 ob eam causam, quia Tiberium interfecerat, exsula-
 ret, rectum erat, eum ab eo revocari, qui ipse simi-
 lem ob causam Caium fratrem sustulerat. *Hot.*
- 2) Causam inimicitiarum ipse Cicero exposuit. lib. III.
 de off. cap. 20.
- 3) Orator, qui C. Mario sextum consuli una cum A.
 Albino successit. *Hosom.*

eum A. Albino collega senatum aut populum est cohortatus. At pro me superiores consules 4) semper, ut referrent, efflagitati sunt: sed veriti sunt, ne gratiae causa 5) facere viderentur, quod alter mihi affinis erat, alterius causam capitis receperam: qui provinciarum foedere irretiti, totum illum annum querelas senatus, luctus bonorum, Italiae gemitum pertulerunt. Kalendis vero Ian. 6) posteaquam orba respublica 7) consulis

4) Piso et Gabinius. *Sed veriti sunt etc.* Haec per ironiam dicuntur. Non enim id veriti sunt, sed pactione provinciarum irretiti, numquam referre voluerunt. *Manut.*

5) Sarcasmm (*Σαρκασμὸν*) Graeci hanc figuram appellant, cum acerba ironia sub speciosis verbis subiicitur. Uterque autem infestissimus Ciceroni hostis fuit. *Affinis*: alter consul Piso erat C. Pisonis, Ciceronis generi, cognatus. *Provinciarum foedere*: quod pacti erant cum inimico Ciceronis, Clodio. Hic enim tribunus pl. provinciam Syriam Gabinio, Macedoniam Pisoni sponderat, ea lege, si Ciceronem non adiuvissent. *Hot. Pertulerunt*: quia, cum quaeri, senatum, lugere bonos, Italiam gemere viderent, de me tamen referre noluerunt. *Manut.*

6) Cum P. Lentulus, Q. Metellus, novi consules magistratum inierunt. *Hot.* Consules die VI Kalendas Aug. designabantur, et Kal. Ian. demum receptabant. *Kalendae* dicuntur primus dies cuiusque mensis a verbo antiquo *kalo*, hoc est *voco*, quia pontifex *kalando*, sive *vocando* novam lunam populo nunciabat.

7) Glorioso ita loquitur Cicero. Is scilicet memor, se oppressis Catilinae pestiferis consiliis *patrem patriae*
appel-

lis fidem, tamquam legitimi tutoris, imploravit, P. Lentulus consul, parens, deus salutis nostrae, 8) vitae, fortunae, memoriae, nominis, simulac de religione retulit, 9) nihil humanarum rerum sibi prius, 12) quam de me agendum iudicavit. Atque eo die confecta res esset, nisi is tribunus plebis, 10) quem ego maximis beneficiis quaestorem consul ornaveram, cum et cunctus ordo, et multi eum summi viri orarent, et Cn. Oppius focer, optimus vir, ad pedes eius

appellatum esse, rempublicam se carentem vocat orbem. Heun.

- 8) *Deus salutis nostrae*: ita legendum censet Lambinus pro *salus nostrae vitae*, quae est vulgata scriptura. Ei assentitur Graevius, fretus auctoritate ms. Dresd. Lambini coniecturam in textum recipere nullus dubitavi cum Ernesti. *Salus* pro *salutis* ortum est e compendio scribendi.
- 9) Relatio prima consulis esse solebat de Feriis Latinis, quae indicebantur a consulibus, simulac magistratum inierant, ad renovandum foedus in Albano monte cum populis Latinis quadraginta septem. Sed non tantum de feriis latinis prima fuit consulis relatio, sed omnino *de religione*. Itaque delevi *solemni*, quod in vulgatis est ante *religione*, siquidem in Ms. Francii non legatur.
- 10) Sex. Atilius, quem in Sextiana cap. 34. scribit, cum omnes in senatu, aliusque alio gravius et ornatius de sua salute dixissent, fieretque sine ulla varietate discessio, surrexisset, nec ausum esse, cum esset emtus, intercedere; sed noctem sibi ad deliberandum postulasse.

eius flens iaceret, noctem sibi ad deliberandum postulasset: quae deliberatio non in reddenda, quemadmodum nonnulli arbitrabantur, sed, ut patefactum est, 11) in augenda mercede 12) consumpta est. Postea res acta est in senatu alia nulla et cum variis rationibus impediretur, 13) voluntate tamen perspecta senatus, causa ad vos mense Ian. 14) deferrebatur. Hic tantum interfuit 15) inter me et inimicos meos. Ego, cum homines
in

11) Quia postero die intercessit: cum se moram nullam esse facturum dixisset. *Deliberatio*: tempus deliberationi constitutum.

12) Quam a Clodianis acceperat. Pro Sextio cap. 34: *merces duplicata est.*

13) Pro Sext. cap. 35. *Cum omni mora, iudificatione, calumnia, senatus auctoritas impediretur.*

14) Significat autem diem VIII. Kalendas Febr. quo die in forum ventum est, ad legem de Cicerone revocando rogandam, id quod in senatu Cn. Pompeius suaserat, ut ad senatus auctoritatem populi quoque beneficium adiungeretur. Princeps rogationis fuit Q. Fabricius, tribunus pl. qui templum aliquanto ante lucem occupaverat. Pro Sext. cap. 36. Nostram lectionem defendit Heumannus. Graevius secutus est Gruterianam, quae copulam et habet ante *voluntate non ante cum, et perfecta pro perspecta.*

15) Exponit iam Cicero causas discellus sui, ne videatur ignavia et timiditate profugisse. Rempublicam Clodianorum vi atque armis oppressam tamdiu nullam fuisse disputat, dum singulari Consulum, ceterorumque magistratum studio, Cn. vero Pompeii virtute, tota denique Italia deprecante, ipse cum illa simul restitutus est. *Hot.*

in tribunali Aurelio 16) palam conscribi centuriarique vidissem: cum intelligerem, veteres ad spem caedis Catilinae copias esse revocatas; cum viderem, ex ea parte 17) homines, cuius partis nos vel principes numerabamur, partim quod mihi inviderent, partim quod sibi timerent, aut proditores esse, aut desertores salutis meae: cum duo consules, emti pactione provinciarum, 18) auctores se inimicis reipublicae tradidissent: cum egestatem, avaritiam, libidines suas 19) viderent expleri non posse, nisi me constrictum domesticis hostibus 20) dedissent; cum senatus equitesque Romani flere pro me, ac, mutata veste, vobis supplicare edictis atque imperiis

16) *Tribunal Aurelium*: v. *Ernesti Clav.* Praeterea mentio huius tribunalis delectusque facta est pro Sext. cap. 15. in L. Pisonem cap. 5. in Senatu cap. 13. §. 33. *Centuriare*: in centurias describere homines, ut militent. Clodius homines plebeios, servos convocabat, in ordines describebat, ut pugnarent contra Ciceronem, si resistere legi et Romae manere vellet.

17) Ex parte optimatum, *Numerabamur*: i. e. habebamur. *Proditores*: quod mihi inviderent. *Desertores*: quod sibi timerent. *Manut.*

18) V. cap. 5. §. 11. n. 5.

19) *Egestatem* de Gabinio dicit. *Avaritiam* in Pisonem confertur; *Libidines suas* in utrumque consulem. *Manut.*

20) Hostibus reipublicae, qui domi et intus grassabantur. *Holom.*

riis 21) vetarentur: cum omnium provincia-
rum pactiones, cum omnia cum omnibus
foedera, reconciliationes gratiarum, sangui-
ne meo sancirentur; cum omnes boni non re-
cusarent, quin vel pro me, vel mecum peri-
rent: armis decertare pro mea salute nolui,
quod et vincere et vinci luctuosum reipubli-
cae fore putavi. At inimici mei, mense 14
Ian. 22) cum de me ageretur, corporibus
civium trucidatis, flumine sanguinis meum
reditum intercludendum putaverunt. 23) Ita 6
que cum ego abfui, eam rempublicam habui-
stis, ut aequae me, atque illam, restituend-
am putaretis. Ego autem, in qua civitate
nihil valeret senatus, omnis esset impunitas,
nulla iudicia, vis et ferrum in foro versarent-
tur; cum privati 1) se parietum praesidio,
non legum tuerentur; trihuni plebis, 2) vo-
bis inspectantibus, vulnerarentur, ad magi-
stratum domos cum ferro et facibus iretur,
con-

21) *Edicta et imperia* etiam in altera Or. post. red.
cap. 7, coniunguntur. *Sancirentur*: confirmarentur,

22) V. §. 12. n. 13.

23) Post red. in senatu cap. 3.

1) Cn. Pompeius, metu insidiarum Clodii tribuni ple-
bis in Senatu cap. 2. *Privatus* autem dicitur, quia
magistratum non gerebat. Itaque *privati* et *magi-*
stratus sibi opponuntur.

2) P. Sextius potissimum, quem in ea oratione, quae
illum defendit, plurimis vulneribus concisum dicit
Cap. 37.

consulis fasces 3) frangerentur, deorum immortalium 4) templa incenderentur: rempublicam esse nullam putavi. Itaque neque, republica exterminata, mihi locum in hac urbe esse duxi: nec, si illa restitueretur, dubitavi, quin me secum ipsa reduceret. An ego cum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum, qui illis ipsis reipublicae periculosis temporibus aedilis curulis, 5) me consule, omnium meorum consiliorum particeps periculorumque socius fuisset: dubitarem, quin is me, confectum consularibus vulneribus, consulari medicina 6) ad salutem reduceret? Hoc duce, collega 7) autem eius, clementissimo atque optimo viro, primo non adversante, post etiam adiuvante, reliqui magistratus paene omnes, 8) fuerunt defensores salutis meae: ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate,

3) A. Gabinii, ut et ipse in Pisoniana cap. 12. testatur. *Fasces* autem erant insignia consulum.

4) Nympharum. In senatu cap. 3.

5) Qui curam aedium, annonae et ludorum habuit. *Curulis* dicitur a sella curuli, qua utebatur.

6) Notetur hic allegoria. *Consularia* enim *vulnera* sunt machinationes Pisonis et Gabinii, Ciceronem opprimendi; *medicina* autem *consularis* auxilium Lentuli consulis.

7) Q. Caecilio Metello.

8) Excepto uno praetore Appio Claudio, P. Clodii fratre, et duobus tribunis plebis Sex. Atilio Serrano, Numerio Quintio. *Manat.*

ritate, praesidio, copiis, T. Annius et P. Sextius, 9) praestanti in me benevolentia et divino studio exstiterunt: eodemque P. Lentulo auctore, et pariter referente 10) collega, frequentissimus senatus, uno dissentiente, 11) nullo intercedente, dignitatem meam, quibus potuit, verbis amplissimis ornavit: salutem vobis, municipiis coloniisque omnibus commendavit. Ita me nudum a propin-¹⁶quis, nulla cognatione munitum, consules, praetores, tribuni plebis, senatus, Italia cuncta, semper a vobis deprecata est: denique omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati, producti ad vos ab eodem, 12) non solum ad me conservandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatores

6) Qui eo anno, quo Cicero revocatus est, tribunatum gerebant. Pro utroque, Annio Milone et Sextio, exstat oratio.

7) Id de propria relatione non est accipiendum, sed relatio Lentuli cum Metello communicatur, quia eam probavit denique. V. cap. 4. n. 19.

8) P. Clodio, ut ex sequente oratione patet. *Nullo intercedente* sc. tribuno. Nam tribunorum erat *intercedere*, quod est prohibere, impedire, verbo illo solemniter, *veto*.

9) Scil. Lentulo. Consules enim, quos ex privatis volebant, ad populum in rostra, suadendae aut dissuadendae legis causa, producebant. *Hotom.* Pro Sext. cap. 50. *Productus est ab eo (P. Lentulo) Cn. Pompeius, qui se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Rom. exhibuit,*

1) Id

7res fuerunt. Quorum princeps 1) ad cohortandos vos, et ad rogandos fuit Cn. Pompeius, 2) vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia ac gloria princeps: 3) qui mihi unus uni privato amico eadem omnia dedit, quae universae reipublicae, 4) salutem, otium, dignitatem. Cuius oratio fuit, quemadmodum accepi, tripartita. Primum vos docuit, meis consiliis rempublicam esse servatam, 5) causamque meam cum communi salute coniunxit, 6) hortatusque est, ut auctoritatem senatus, 7) statum 8) civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis: tum in perorando posuit, 9) vos rogari a senatu, rogari ab equitibus Romanis, rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extremum

- 1) Id est, primus. Annotadverte lusum Ciceronis in duplici huius verbi sensu. *Heum.*
- 2) Qui unus ex productis fuit, ut in Sextiana ostendit.
- 3) Sic in Or. post red. in senatu cap. 3.
- 4) In bellis, quae ille in tribus orbis partibus sua virtute confecit, victo in Africa Carbone, in Hispania Sertorio, in Asia Mithridate. *Hot.*
- 5) Ex coniuratione Catilinae.
- 6) Hoc est, ut ipse interpretatur in altera Or. post red. cap. II. §. 29. *salutem reipubl. coniunctam esse cum mea dixit. Heum.*
- 7) Quia Cicero nihil in coniuratione opprimenda nisi auctore senatu gesserat. *Hot.*
- 8) *Status* etiam dicitur de commoda rerum conditione et salute. Hic ergo est praesens bonus et prosper status reipublicae. *V. Ernesti Clav.*
- 9) *Ponere*: afferre, commemorare in oratione.

mum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit. Huic ego homini, 17) Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est. Huius consilia, 10) P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti, in eo me loco, 11) in quo vestris beneficiis fueram, iisdem centuriis, 12) quibus collocaratis, reposuistis. Eodem tempore audistis eodem ex loco summos viros, ornatissimos atque amplissimos homines, principes civitatis, 13) omnes consulares, omnes praetorios, eadem dicere, ut omnium testimonio per me unum rempublicam conservatam esse constaret. Itaque cum P. Servilius, 14) gravissimus vir et ornatissimus civis,

10) Suadentis scilicet populo, ut revocatum iret Ciceronem. *Heum.*

11) In ea dignitate: ut enim centuriatis comitiis consul factus sum, sic lege centuriatis comitiis lata restitutus sum consularis. Lib. IV. ad Attic. ep. 1. *Manut.*

12) *Centuriae* dicuntur partes populi. Nam cum populus a Servio in classes sex descriptus esset, census et Comitiorum causa, cuique classi etiam certus numerus centuriarum attributus est. Quum populus per classium centurias divisus suffragia ferebat, comitia dicebantur centuriata, in quibus aut leges a magistratibus maioribus feruntur, aut magistratus maiores, exceptis aedilibus curulibus, creantur. V. *Ernesti Clav.*

13) *Principes civitatis* sunt principes optimatum.

14) Cognomine *Isauricus*, Q. Metellum consulem Ciceroni placat. Post red. in Sen. cap. 10. Facta est etiam

civis, dixisset, opera mea rempublicam incolumem magistratibus deinceps 15) traditam, dixerunt in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore 16) clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium, 17) L. Gellii: 18) qui, quia suam classem attentatam 19) magno cum suo periculo paene sensit, dixit in concione vestra: *si ego consul, cum fui, non fuisset, rempublicam funditus interituram fuisse.*

En

etiam eius mentio in Or. pro lege Manil. cap. 23. §. 68.

15) Iis, qui post meum consulatum magistratum gesserunt. *Manut.*

16) Cum lata de meo reditu lex est. *Idem.*

17) Hoc est, non solum eius senatorium suffragium, quo consensit cum iis, qui me revocari volebant; sed praeterea etiam singulare quoddam eius testimonium de mei in remp. meriti magnitudine. *Heum.*

18) Qui cum Cn. Lentulo consulatum gessit, et in senatu dixit, civicam coronam Ciceroni debere a republica. *In L. Pisonem cap. 3. Hotom.*

19) Manutii interpretationem coniecturae, quam V. V. Ernesti fecit, praeserendam iudico. Hic intelligendam esse putat classem, cui in bello piratico praefuit Gellius sub Pompeio in mari Tusco, auctore Flor. lib. III. cap. 6. quaeque tentata videtur esse ad corrumperendum et Gellium deserendum. Ille de classe centuriarum interpretatur. Classis enim de partibus civium dicitur, in quas erant divisi a Servio Tullio census causa. *Gellii classis* dicitur ea, cuius ipse erat custos, dum ferrentur suffragia. Haec tentabatur a Clodianis, qui eam corrumpere studebant; unde

En ego tot testimoniis, 1) Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiae, tanto studio bonorum omnium, agente P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus faventibus, diis denique immortalibus. frugum, ubertate, 2) copia, vilitate, reditum meum comprobantibus, mihi, meis, reipu-

unde ortus est tumultus Gellio periculosus. Quam interpretationem tuetur etiam Heinzius, fuleque explicat p. 373, 374. *Sollicitare aliquem*, (quod saepius occurrit in Catilinariis,) sive *attentare* is dicitur, qui conatur alteri persuadere, ut in suas partes trans-eat, vel aliquid faciat aliud, e. g. aliquem aggrediatur, regem occidat. *Heum.*

1) Sequitur iam tertia et postrema orationis pars, in qua erga populum Rom. pietatem, studium in republicam, maiorem in remunerandis beneficiis operam, quam in ulciscendis inimicorum iniuriis, perpetuamque beneficii memoriam pollicetur. *Hac:* id est, tanta tamque concordi et unanimi. *Heum. Studium:* favor in comitiis.

2) Reverso Cicerone, cum esset annonae summa caritas, S. C. in eius sententiam factum, lexque lata est, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto terrarum orbe daretur. Eo prope momento frumenti vilitas consecuta est. Lib. IV. ad Attic. epist. I. Pro domo cap. 6. *Cum de mea dignitate in templo Iovis Optimi Maximi senatus frequentissimus decrevisset: subito, illo ipso die, carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. Erant, qui deos immortales (id quod ego sentio) numine suo (vi sua, quae se exlereret in vilitate reddita) reditum meum dicerent comprobasse, Hor.*

reipublicae restitutus, tantum vobis, quantum facere 3) possum, Quirites, polliceor. Primum, qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent, eadem me erga populum Romanum semper fore: numenque 4) vestrum aequae mihi grave et sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum: deinde, quoniam me in civitatem respublica ipsa reduxit, nullo me loco reipublicae defuturum. Quodsi quis existimat, me aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. Mihi, quod potuit vis et iniuria, et sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit: quod viro forti adimi non potest, 5) id manet et permanebit. Vidi ego fortissimum virum, municipem meum, 6)

3) *Facere* suspectum videtur Ernesti; iis enim, quae promittit, non consentit. Si esset *praestare*, et ego acquiescerem. *Polliceor*: ita legendum esse censeo pro *pollicebor*, quod est in vulgatis. Non enim polliciturus erat Cicero, sed iam pollicebatur, cum haec ad Quirites diceret. Quisque a me admonitus assensum mihi praebebit.

4) Imperium, auctoritatem, potestatem. Mollius loquitur Cicero in fine huius orationis §. 25. Eodem, quo hic, sensu *maiestatem* tribuit Cicero populo Rom. Cap. 1. §. 4.

5) Animi virtus, et fides in rempublicam.

6) *Municeps meus*: qui mecum est eiusdem municipii civis. Cicero autem et Marius Arpinates fuerunt. Illustrat hic exemplo G. Marii, fortissimi viri, voluntatem suam.

C. Marium, quoniam nobis, quasi aliqua fatali necessitate, non solum cum his, qui haec delere voluissent, 7) sed etiam cum fortuna belligerandum fuit: eum tamen vidi, cum esset summa senectute, non modo non infracto 8) animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato. 9) Quem egomet dicere audivi, tum se fuisse²⁰ miserum, 10) cum careret patria, quam obsidione 11) liberavisset; cum sua bona possideri

7) Non Catillina solum, sed Sulla etiam, qui semper a populi partibus alienissimus fuerat. *Cum fortuna:* a qua victi patria expulsi sumus. *Hottom.*

8) Paulo ante dixit *animo fracto*, quod eundem habet sensum. Uti enim *frangere* et *infringere* dicuntur sensu eodem, ita et participia *fractus* et *infractus*. Multis exemplis *Vorstius de Latinitate merito suspecta cap. 4.* ostendit, verbum *infractus* numquam pro *non fractus*, semper pro *fractus* usurpatum esse a scriptoribus elegantioris Latinitatis. Eadem ratio est in verbo *infucatus* pro valde fucatus, fallax, fraudulentus. Praepositio *in* ergo hic non minuit, sed auget significationem verbi simplicis. *Heum.*

9) Significat orator, Marium tam senem recuperasse fortitudinem iuvenilem. *Idem.*

10) *Tum se fuisse miserum:* tum se magnam quidem miseriam perpeffum esse, nec tamen in miseria sua animi virtutem perdidisse. *Cum careret patria:* a Sulla pulsus. Omnem hanc historiam de fuga Marii et calamitate enarrant Plutarchus, Appianus, Epit. Livii cap. 77. et Velleius Paterc. lib. II. cap. 19.

11) Barbararum gentium, Teutonum, Cimbrorum, qui iam in Italiam pervenerant.

deri ab inimicis ac diripi 12) audiret; cum adolescentem filium 13) videret eiusdem socium calamitatis; cum in paludibus demersus, 14) concursu ac misericordia Minturnensium 15) corpus ac vitam suam conservasset; cum parva navicula traiectus in Africam, quibus regna ipse dederat, ad eos inops supplexque venisset: recuperata vero sua dignitate, se non commissurum, ut, cum ea, quae amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam numquam perdidisset. 16) Sed hoc inter me atque illum inter-

12) Hoc est, ab hoc hunc, ab alio alium Marii fundum in potestatem suam redigi possiderique. Eodem sensu paullo antea *dissipavit. Heum.*

13) Nam is quoque a Sulla victore urbe pulsus et exilio damnatus in Africam traiecit.

14) *In paludibus pro in una ex illis paludibus.* Hoc idem Velleius Paterc. loco citato. *Marius post sextum consulatum annumque LXX nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto, circa paludem Maricae, in quam se, fugiens consectantes Sullae equites, abderat, iniecto in collum loro in carcerem Minturnensium iussu duumviri perductus est.*

15) *Minturnae* oppidum in confinio Campaniae et Latii: unde *Minturnenses.*

16) Errat omnino Hotomannus, qui ad haec verba ita: quod certe non diceret, si se in illa calamitate miserum fuisse fateretur. Pro: *tum se fuisse miserum*, hanc lectionem suadet: *tum se non fuisse miserum.* Sed errat. Potest enim aliquis esse miser, et in miseria

interest: 17) quod ille, qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos ultus est, armis; ego, qua consuevi, utar: 18) quoniam illi arti in bello ac seditione locus est, huic in pace atque otio. Quamquam ille animo²¹ irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat: ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi respublica 19) permittet, cogitabo. Denique, Quirites, quoniam me quatuor omnino genera hominum violarunt: unum eorum 1) qui odio reipublicae, quod eam ipsis invitis conservarem, 2) mihi inimicissimi fuerunt: alterum, qui per simulationem amicitiae, nefarie prodiderunt: tertium, qui, cum propter inertiam suam eadem assequi non possent, inviderunt laudi et dignitati meae: quartum, qui, cum custodes reipubli-

N 2

bli-

seria sua tamen virtutem animi non perdere. Quod etiam observatum est Heinzio, quem vide.

17) *Sed hoc-interest*: comparat se cum eodem Mario, sed dissimiliter.

18) *Intellige, re*, quae vox praecessit. Significat autem artem dicendi, seu eloquentiam. *Lambinus*.

19) *Respublica* hic est salus et utilitas reipubl. *Heum*.

1) Qui Catilinae clam faverant, eiusque conatus oppressos debebant. *Hotom*. Distribuit homines, a quibus est violatus, in quatuor genera: ut sunt mali cives, perfidi amici, invidi, mercatores provinciarum.

2) Patefacta et oppressa coniuratione. *Per simulationem amicitiae*: Q. Hortensium designat, qui amicum Ciceronis se simulavit et eum insidiosè tractavit. Q. Fr. 1. 3.

blicae 3) esse deberent, salutem meam, statum civitatis, dignitatem eius imperii, 4) quod erat penes ipsos, vendiderunt: sic ulciscar genera 5) singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus: malos cives, rempublicam bene gerendo: perfidos amicos, nihil credendo, atque omnia cavendo: invidos, virtuti et gloriae serviendo: mercatores provinciarum, revocando domum, 6) atque ab iis provinciarum rationem repetendo. Quamquam mihi maiori curae est, quemadmodum 7) vobis, qui de me estis optime

3) Piso et Gabinius, quibus consulibus Cicero in exilium eiectus erat.

4) Consularis, quo abusi sunt, pecunia corrupti a Clodiana factione. *Cellar.*

5) Alii: *facinora*, ex quo Gruterus fecit *facinorum singula*; alii *genera singula*. Et hoc quidem ceteris rectius. Non enim facinora commemorantur; sed homines improbi. Nisi forte rectissime feceris, si detebis *genera*, e margine invecum.

6) Hoc egit postea, cum orationem in senatu haberet, quae est de provinciis consularibus. In qua Ciceronis sententia eo spectat, ut Piso et Gabinius ex provinciis, quas nullo Senatus consulto, sed lege Clodia, obtinebant, et omnibus modis vexabant et spoliabant, revocentur, eisque succedatur sic, ut proximo anno sint praetoriae et a duobus praesentis anni Praetoribus obtineantur, eo autem exacto, consulares fiant.

7) Eiect Graevius *quidem*, quod est in vulgatis post *quemadmodum*, quodque ipsi ex his tribus verbis, *qui de me*, quae deinceps sequuntur, natum videtur.

8) Victo-

me meriti, gratiam referam, quam, quemadmodum inimicorum iniurias crudelitatemque persequar. Etenim ulciscendae iniuriae facilius ratio est, quam beneficii remunerandi, propterea quod superiorem esse contra improbos, minus est negotiū, quam bonis exaequari: tum etiam ne 8) tam necessarium quidem est, male meritis, quam optime meritis, referre, quod debeas. 9) Odium vel precibus 10) mitigari potest, vel temporibus reipublicae communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri, vel vetustate sedari. Bene meritos quin colas, nec exorari fas est, nec id reipublicae dare 11) unquam

8) Victorius, Lambinus, Gruterus *ne pro nec* reposuerunt, quos Graevius taxat, quod *ne* invitis mss. rescripserint; Ernesti vero probat *ne*.

9) Edd. omnes ante Victor. *male meritis referre quod debeas, quam ut bene meritos colas. Cur non quam bene meritos colere, secundum antecedens referre?*

10) Eorum, qui nos offenderunt. *Mitigari*: leniri. *Teneri*: contineri, reprimi. *Vetustate*: temporis longinquitate.

11) Vulgo *repetere*, in quo verbo viri docti haesere et id varie tentarunt corrigere. Hotomannus suadet legere: *reipublicae temporibus unquam necesse est. Graevius pro repetere legendum esse censet dare, hoc est, facere propter rempublicam, ut bene meritos non colas. Dare reip. est aliquid in gratiam reip. facere. Nam reipublicae tempora neminem cogunt bene meritum non colere. Egregie id praestitit Atticus, ut C. Nepos in eius vita ostendit. Heu-*

quam necesse est, neque est excusatio difficultatis, neque aequum est, tempore et die memoriam beneficii definire. Postremo qui in ulciscendo remissior fuit, mox aperte laudatur; at gravissime vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior: neque solum ingratus, quod ipsum grave est, verum etiam impius 12) appelletur necesse est. Atque in officio persolvendo dissimilis est ratio, et pecunia debita: propterea quod pecuniam qui retinet, non dissolvit: qui reddidit, non habet: gratiam et qui retulit, habet; et qui IOhabet, dissolvit. 13) Quapropter memoriam vestri

mannus sic scribendum putat: *nec id reip. expedit umquam, aut necesse est*; nulla fretus codd. auctoritate. Facilius et melius esse putat Ernesti *remittere*, id est, concedere, condonare, ut simultates, iniurias.

12) Ut pius est, qui cum acceperit maxima beneficia, gratiam refert: sic impius, qui non refert. Nam qui, mediocribus acceptis beneficiis, gratiam nullam refert, is ingratus dicitur potius, quam impius *Manut.*

13) Totum hunc locum: *Atque--dissolvit*, eiciendum esse putat Graevius, translatum forte huc ex alio loco Ciceronis, ut lib. II. de off. cap. 20. pro Plancio cap. 28. scilicet scriptum primum in margine, deinde in textum venisse. Tota enim ista periodus nec in Francii primo, nec in Dresdensi, nec in editione principe habetur, nec bene consentit ceteris. In eadem est sententia Ernesti, qui locum hunc uncis includit. *Pecunia debita subaudi persolvenda. Alii: pecuniae*

vestri beneficii colam benevolentia sempiter-²⁴
na, non solum dum anima spirabo mea, sed
etiam cum me mortuo monumenta 1) vestri
in me beneficii permanebunt. In referenda
autem gratia hoc vobis repromitto, 2) sem-
perque praestabo, mihi neque in consiliis de
republica capiendis diligentiam neque in peri-
culis a republica propulsandis animum neque
in sententia simpliciter ferenda 3) fidem ne-
que

*pecuniae debitaе, et tum debet esse antea: officii
persolvendi.*

- 1) *Monumentorum* nomine signat scripta historicorum de exilio suo deque reditu, itemque hanc ipsam orationem, qua beneficii memoriam ad posteritatem propagaturus erat. *Me mortuo*: ita legendum esse censet Heumannus, cui assentior. Ego, inquit, sum moriturus, sed memoria vestri in me beneficii morietur numquam. Promittit ergo Cicero perpetuitatem memoriae non modo suae, quoad vivat, sed etiam alienae, nempe per monamenta litterarum, quibus memoriam, rei tantae ad posteritatem propagaturus erat.
- 2) Pro vestris in me beneficiis vicissim promitto. *Man.*
- 3) *Simpliciter ferenda*: ita legi vult Graevius pro *referenda*. Nam consulum erat *referre ad senatum*, senatorum autem *censere, sententiam ferre, sententiam dicere*. Ultima itaque syllaba ex praecedente voce perperam est repetita, scriptumque olim manu Tulliana fuit: *in sententia simpliciter ferenda*, sive in senatu, sive in iudiciis. *Simpliciter* est nulla habita ratione hominis aut potentis, aut invisi, sed fideliter, ut ius, utilitas et tempus reipublicae postulat. Ita Graevius. Ernesti vero *simpliciter delendum esse censet*; quia hic non modus rerum agendarum

que in hominum voluntatibus 4) pro republica laedendis libertatem nec in perferendo labore industriam nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam, Atque haec cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna, 5) ut, cum vobis, qui apud me deorum immortalium vim et numen tenetis, tum posteris vestris cunctisque gentibus dignissimus ea civitate videar, quae suam dignitatem non posse tenere 6) se, nisi me recuperasset, cunctis suffragiis 7) iudicavit.

darum exprimitur, sed res ipsae tantum, sententiae dictio: de modo sequitur in *fide*.

4) Sic et *offendere voluntatem alicuius* dicere solet Cicero pro *offendere aliquem*, sive facere aliquid, quod alteri ingratum est molestumque. *Heum.*

5) Hoc est, perpetua cura studioque in id incumbam, ut me praestem ea civitate dignissimum, utque vos me dignissimum iudicetis ea civitate, quae etc. *Heum.*
Apud me-tenetis: apud me dignitatem et auctoritatem Deorum habetis.

6) Id est, retinere, obtinere.

7) Comitibus centuriatis, nullo dissentiente. *Manut.*

M. TULLII CICERONIS
POST REDITUM
I N S E N A T U

ORATIO,

habita anno eodem.

ARGUMENTUM.

M. Tullius postridie, quam ab exilio in urbem rediit, hoc est, Nonis Septemb. hanc orationem in senatu habuit, in qua utrique consuli, octo tribunis plebis, septem praetoribus, denique singulis quibusdam gratias agit. Consules sunt P. Lentulus et Q. Metellus, quorum illius opera in restituendo Cicerone singularis fuit, hic autem, Lentulo referente, non adversatus est intercedendo. Ad duos superioris anni consules, quorum opera P. Clodius in eiciendo Cicerone praecipue usus fuerat, digreditur orator, eosque vehementer exagitat. Pergit deinde ad tribunos plebis, quorum duo potissimum, T. Annius Milo et P. Sextius, in Cicerone revocando diligentissimi fuerunt maximeque laudantur. Duo vero reliqui Clodianarum partium,

Sex.

Sex. Atilius et Numerius Quintius, qui Ciceronis restitutionem impediverunt potius, quam adiuverunt, silentio praetermittuntur. Sequuntur deinde praetores septem, quibus nominatim, nulli tamen praecipue ac praeter ceteros gratias agit; Octavum autem Appium Claudium, P. Clodii fratrem, qui a reliquis dissenserat, praetermittit. Non est autem mirandum, tribunos plebis ante praetores nominari; eorum enim post consules maxima erat in comitiis, et in legibus vel ferendis vel abrogandis potestas. Postea Cicero Cn. Pompeio, qui tum privatus, i. e. sine ullo magistratu fuit, nominatim singularibus verbis gratias agit, quod pro ipsius salute municipia coloniasque adiisset, et praestantissimam de eo in senatu sententiam dixisset. Denique in conclusione causas consilii sui affert, quo erat in relinquenda urbe usus, nihilque de pristina sua libertate in defendenda republica hac tam gravi casu diminutum esse, confirmat. In quatuor ergo partes oratio haec, quae, quod intelligitur ex ep. 1. lib. IV. ad Att. Non Septemb. Lentulo Metello Coss. habita fuit, potest dividi.

I. Commemorat accepti beneficii magnitudinem, et gratias agit.

1) senatui in univcrsum omni;

2) fin-

2) singulis quibusdam; *sc. Ninnio, octo tribunis, Lentulo, Pompeio. §. 1-8.*

II. Digreditur ad Gabinium et Pisonem, in eosque graviter invehitur. §. 9-18.

III. Amicorum beneficia, quibus est restitutus, mirifice extollit. *Laudat autem*

1) Tribunos plebis, *T. Annium Milonem §. 19. P. Sextium §. 20. C. Cestilium, M. Cispium, T. Fadium, M. Curtium, C. Messium, Q. Fabricium. §. 21. 22.*

2) Praetores, *L. Caecilium, M. Calidum, C. Septimium, Q. Valerium, P. Crassum, Sex. Quintilium, C. Cornutum. §. 22. 23.*

3) Consules eius anni, *Lentulum. §. 24. 25. Q. Metellum §. 25-28. e reliquis senatoribus nominatim Cn. Pompeium. §. 29. Deinde gratias universis agit §. 30. 31.*

IV. Docet, cur maluerit in exilium ire, quam armis se defendere. §. 32-35. Pollicetur perpetuum erga reipubl. salutem studium, et beneficii sibi tributi magnitudinem exaggerat. §. 36-39.

1 Si, Patres conscripti, pro vestris immortalibus in me, fratremque meum, 1) liberosque nostros meritis parum vobis cumulate 2) gratias egero; quaeso, obtestorque, ne meae naturae potius, 3) quam magnitudini vestrorum beneficiorum, id tribuendum putetis. Quae enim tanta potest existere 4) ubertas ingenii, 5) quae tanta dicendi copia, quod tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos universa promerita, non dicam complecti orando, 6) sed percensere numerando? qui mihi fratrem

1) Qui propter meum exilium magno semper in luctu, moerore ac squalore iacuerat; Ad Quirites cap. 3. §. 8. *Hotom.*

2) Minus quam par fuerit, verbis rei magnitudinem non aequantibus. *Idem.*

3) Quasi aut beneficiorum obliviscar, aut in agendis gratias natura sum tardior. Deprecatur naturae culpam: ne quis eum noluisse putet, quod praestare non potuerit. Qui enim infinita beneficia accepit, is non potest dignas agere gratias. Cicero accepit. Ergo etc.

4) *Existere*, pro oriri: idque aptissimum ubertati.

5) In recordandis, ponderandisque beneficiis. *Dicendi copia*; in iis commemorandis. *Genus orationis*: in conquirendis verbis, quae rei magnitudini satisficiant. *Hotom.*

6) Id est, magnifica oratione beneficia universa persequi ac describere. *Orare* enim est orationem habere. Hinc *orator*, *Heum.*

7) Nam

fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parentes 7) nobis liberos: qui dignitatem 8) qui ordinem 9) qui fortunas, 10) qui amplissimam rempublicam, qui patriam, qua nihil potest esse iucundius, 11) qui denique nosmetipsos nobis 12) reddidistis. Quodsi parentes carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est; si deos immortales, quorum beneficio et haec tenuimus, 13)

et

7) Nam etsi fratris liberi revera orbatu suo parente non essent, tamen ille propter luctum et moerorem parentis erga illos officium praestare non poterat.
Hotom.

8) Intelligit eam amplitudinem, quam ex honoribus praeclare gestis sibi in civitate maximam pepererat.
Idem.

9) Suum in senatu locum putat: nam una cum civitate ordo illi restitutus fuit. *Idem.*

10) Omnia enim per iniquos suos erepta, per consules restituta sunt. Lib. IV. ad Att. ep. 2. *Idem.*

11) Quippe cum omnes omnium caritates patria una complectatur. Lib. I. de off. cap. 17. *Idem.*

12) *Perditi* enim dicuntur, qui rebus iis omnibus, quas habebant carissimas, spoliati sunt. Cicero autem et fortunam, et uxorem, et liberos, et cognatos, dignitatem, patriam denique ipsam amiserat. Itaque lib. III. ad Attic. *Desidero*, inquit, *non mea solum, neque meos, sed me ipsum; quid enim sum?* *Idem.*

13) Quae sunt a parentibus tradita. *Manut. Ceteris rebus: Opibus et honoribus. Libertas, civitas: hoc de ingenuis, et civium liberis dici satis intelligitur. Hotoman.*

et ceteris rebus aucti sumus; si populum Romanum, cuius honoribus 14) in amplissimo consilio, et in altissimo gradu dignitatis, 15) atque in hac omnium terrarum arce 16) collocati sumus; si hunc ipsum ordinem, a quo saepe magnificentissimis decretis 17) sumus hone-

14) Id est, muneribus, in quibus summi honores sunt. Nam *honores*, i. e. procuraciones administrandae reip. omnes populi Romani suffragiis mandabantur.

Consilio: Senatu, quem saepe ita dicit. *Caecil. I. cap. 4. §. 9.* Quæri tamen posset, cum senatores non a populo crearentur, sed a censoribus legerentur, quid est, quod populi beneficio se in senatu collocatum dicat? posset autem responderi, nonnullos, qui magistratum adepti essent, quamvis senatores non essent, tamen ius in senatu dicendae sententiae habuisse; quaestores, tribunos, et aediles plebis, quamdiu magistratum gererent, aditum in senatum habuisse; curules vero magistratus semper; immo hos in legendo senatu a censoribus, nisi fontica causa esset, præteriri non potuisse. *Idem.*

15) Consulatu, quo nulla dignitas in civitate præstantior.

16) Ad quam praesidii causa gentes omnes confugiunt. Nam præter provincias, quae sua omnia ad summam senatus potestatem referebant, reges etiam et liberi populi complures saepe ad senatum auxilii causa confugebant. *Hotom.* Frequens periphrasis curiae, uti pro *Mil. cap. 33.*

17) Divina senatusconsulta haec appellat in *orat. pro Sextio cap. 60. 61.* ibique quatuor enumerat: primum, ut cuncta ex Italia omnes, qui rempubl. salvam esse vellent, ad suffragia de Cicerone revocando ferenda convocarentur: alterum, quod de ipso revocando in templo Iovis Optimi Maximi factum est,

honestati: immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debemus, qui vestro singulari studio atque consensu, 18) parentum beneficia, deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me multa iudicia, nobis omnia uno tempore reddidistis: ut, cum multa vobis, magna populo Romano, innumerabilia parentibus, omnia diis immortalibus debeamus, haec antea singula per illos habuerimus: universa per vos recuperaverimus. 19) Itaque, patres conscripti, 2) quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam 1) per vos adepti videmur. Quod enim tempus erit umquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur, qui illo ipso tempore, cum

vi,

est, utroque referente consule, cum Pompeius illi uni testimonium patriae conservatae dedit: tertium, ne quis, dum lex de ipso revocando ferretur, de coelo servaret, ne quis moram ullam afferret: quartum, ut iis, qui ex tota Italia ipsius salutis causa convenerant, agerentur gratiae, atque ut iidem, ad res redeuntes ut venirent, rogarentur. *Hot.* Vid. et cap. 11.

18) Nam ex CCCCXVII. senatoribus et magistratibus omnibus unus dissensit P. Clodius. Cap. 10. §. 20.

19) Sensus est: Etsi haec olim accepimus; tamen cum antea singula, hoc tempore universa recuperaverimus: multo maius hoc recens beneficium est, quam alia superiorum temporum universa. *Hot.* Per illos: per populum Rom. per parentes, per deos immortales. *Manut.*

1) Famae scil. et nominis. *Hot.*

2) Signi-

vi, ferro, 2) metu, minis obfessi teneremini non multo post discessum meum, 3) universi me revocastis, 4) referente L. Ninnio, 5) fortissimo atque optimo viro? quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem, et minime timidum, 6) si dimicare placuisset, 7) defensorem salutis meae: posteaquam vobis potestas decernendi non est permissa per eum tribunum plebis, qui, cum per se rempublicam lacerare non posset, sub alieno scelere 8) delevit; numquam de me filuistis, numquam meam salutem non ab his consuli-

2) Significat eam seditionem, quae facta est VIII. Kal. Febr. in qua P. Sextius, tribunus pl. vulneratus est. *Idem.*

3) Paucis post mensibus, Kalendis Iuniis. *Idem.*

4) Hoc est, me decreto senatus revocari voluistis.

5) Quadrato, tribuno pl. qui Kal. Iun. ad senatum de Cicerone revocando retulit, senatui et populo persuasit, ut tamquam in publica calamitate Ciceronis causa vestitus mutaretur. Pro Sext. cap. 31. *Hot.*

6) Itaque in Sextiana: *Cuius, inquit, in mea causa numquam fides virtusque contremuit, Idem.*

7) Non placuit Ciceroni, ne suos cives, olim a se servatos, servis armatis obiiceret. *Manut. Per se pro ipse.*

8) Amborum consulum Pisonis et Gabinii, quorum auctoritate ad quaerendam mihi perniciem usus est Clodius. *Delevit* sc. rempublicam. At ea non fuit deleta. Immo ipse Cicero paullo post in hoc capite de Catilinae tempore scribit: tum remp. *paene* deletam fuisse. Hinc alii reiecerunt *TO delevit* et ex aliquot Mss. reposuerunt *delituit*. *Sub alieno scelere delituit* est aliis clam se praebuit ministrum sceleris.

9) Pactis

bus, qui vendiderant, 9) flagitavistis. Itaque vestro studio atque auctoritate periectum est, ut ille ipse annus, 10) quem ego mihi, quam patriae, malueram 11) esse fatalem, 12) hos 13) tribunos haberet, qui et promulgarent 14) de salute mea, et ad vos saepe numero referrent. 15) Nam consules modesti, 16) legum-

9) Pactis provinciis vendiderant rempublicam Clodio, cum eam impune paterentur a nequissimo homine lacerari et deleri. *Graev.*

10) Quo Piso et Gabinius consules fuerunt. *Hot.*

11) Quia cedere malui, quam dimicatione suscepta, patriam in discrimen adducere. *Manut.*

12) *Fatalis* et in bona et in mala re dicitur: quasi fato et certo Dei decreto vel salutaris vel exitiosus. *Cat. IV. cap. 1.* Sensus: Exitium, quod in illum annum a Diis erat decretum, malui ipse me, quam rempublicam, subire. *Hotom.*

13) Alii: octo. Ita et pro Sext. cap. 32. *De meo reditu octo tribuni promulgarunt.*

14) *Promulgare legem* est eam publice in albo proponere ante comitia, ut populo sit facultas legendi, considerandi, an e re sua putet. Cum vero id assequeretur tribunus pl. ut a populo acciperetur lex promulgata, et iata esset, tum dicebatur *pertulisse legem.*

15) Tribuni enim non tantum de re aliqua referre poterant, et ad relationem consulis aliquid addere; verum etiam, si ille referre nollet, ipsi id facere poterant, vel etiam eius relationi intercedere.

16) Qui legem se Clodiam timere dicebant. Ironice. *V. Ernesti Clav.*

legumque metuentes, impediabantur lege, 17) non ea, quae de me, 18) sed quae de ipsis lata erat, cum meus inimicus 19) promulgavit, ut, si revixissent ii, 20) qui haec paene dederunt, tum ego redirem: quo facto utrumque confessus est, et se illorum vitam desiderare, et magno in periculo rempublicam futuram, 21) si aut hostes atque interfectores reipublicae revixissent, aut ego non revertissem. 22) Itaque illo ipso tamen anno, cum
ego

17) Quam Clodius tulerat, ne quis ad senatum de revocando Cicerone referret, neve sententiam diceret.

Hotom.

18) Nam illa lex nihil me facere vetabat: sed consules ipsos, et eos, qui ius ad senatum referendi habebant.

Idem.

19) P. Clodius, qui lege lata Ciceronem in exilium eiecit. *Idem.*

20) Quia Clodii lex aqua et igni interdicebat eis, qui cives indemnatos necassent, pro Sext. c. 18. 19. 20. Significantur autem Catilinarii. *Idem.*

21) Festive cum sarcasmo legis sententiam immutat: quasi Clodius significasset: si Catilinarii revixissent, illico revocandum Ciceronem, ut illorum conatibus resisteret. *Idem.*

22) Iphis reviviscentibus: ut rempublicam iterum contra perditos eorum conatus mea vigilantia tueri et servare possem. Cum enim coniunxit haec: *ut ego tum redirem, cum ii revixissent*; id plane confiteri visus est, meum reditum, iis reviviscentibus, esse necessarium; ne scilicet vulnere medicina deesset: siquidem ego rempublicam contra perditos eorum conatus meo more defenderem. *Manut.*

23) Pom-

ego cessissem, princeps autem civitatis, 23) non legum praesidio, sed parietum, vitam suam tueretur; respublica sine consulibus esset, 24) neque solum parentibus perpetuis, 25) verum etiam tutoribus annuis 26) esset orbata; sententias dicere prohiberemini, caput meae proscriptionis 27) recitaretur: numquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere. Postea vero quam

O 2

singul-

23) Pompeium significat: qui Clodii petitis insidiis, domi tamdiu se tenuit, quamdiu ille in tribunatu fuit. Pro Sext. cap. 32. *Initur consilium de interitu Cn. Pompeii: quo patefacto, ferroque deprehenso, ille inclusus domi tamdiu fuit, quamdiu inimicus meus in tribunatu.* Pro Mil. cap. 7. §. 18.

24) Piso enim et Gabinius non erant digni, qui consules dicerentur. Sic pro Sext. *Quid dicam consules? hocce et ego appellam nomine eversores huius imperii? proditores vestrae dignitatis? hostes bonorum omnium?* et alibi: *si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed ex fastis evellendos non putet.*

25) Quales esse consules debent. Plus autem praestare solet pater, quam tutor. *Manut.*

26) Dicit consules; quorum imperium erat annuum. *Heuman.*

27) *Caput proscriptionis:* pars illa legis tribunitiae, qua erat prohibitum, ne quis referret, neve sententiam de Cicerone revocando diceret. Cap. 4. eam vocat per ironiam *praeclarum caput.* *Proscriptionis:* invidiosa appellatio legis Clodianae, qua Cicero eiectus fuerat in exilium. Cur autem *proscriptionem* hanc, non legem nominarit, posterius exponit, cap. 4. *Hotom.*

5) singulari et praestantissima virtute P. Lentuli consulis, 1) ex superioris anni caligine et tenebris lucem in republica Kal. Ian. 2) respicere coepistis: cum Q. Metelli, 3) nobilissimi hominis atque optimi viri, summa dignitas, cum praetorum, tribunorum plebis paene omnium 4) virtus et fides, reipublicae subvenisset: cum virtute, gloria, rebus gestis Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium saeculorum, omnis memoriae facile princeps, tuto se in senatum venire arbitretur: 5) tantus vester consensus de salute mea fuit, ut corpus abesset meum, dignitas 6) iam in patriam revertisset. 6) Quo quidem mense, 7) quid inter me et meos inimicos inter-

1) Qui post annum Pisonis et Gabinii consulatum una cum Q. Metello adeptus est. Cuius vim omnem ad Ciceronem in patriam revocandum omni studio contulit. *Idem.*

2) Quo tempore consules designati magistratum inierunt. *Respicere: alii dispicere. V. Ernesti Clav.*

3) Qui etsi inimicitias cum Cicerone exercuisset, tamen eas se inimicitias dixit patribus conscriptis et temporibus et reipublicae remittere. *Hot.*

4) Nam e praetoribus solus adversatus est App. Claudius P. Clodii frater: e tribunis duo tantum Sex. Atilius Serranus, et Num. Quintius. *Idem.*

5) Aliis consulibus magistratum adeptis, et iam gerentibus. *Idem.*

6) Cum omnes honorifice de me in senatu loquerentur. *Idem.*

7) Ianuario. Die enim VIII, Kalendas Febr. Q. Fabricius, princeps rogationis, templum aliquanto antea lucem

interesset, existimare potuistis. Ego meam salutem deserui, ne propter me 8) civium vulneribus respublica cruentaretur: illi meum reditum non populi Romani suffragiis, 9) sed flumine sanguinis intercludendum putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus 10) respondistis: nihil iudices sententiis, 11) nihil populus suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declaravit: mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. Quo quidem tempore, 7
cum

lucem occupavit, ut rogationem perferret. Pro Sext. cap. 35.

8) Sic in ea pro Sextio multis verbis exponit, se neque mortis terrore, neque victoriae, si dimicare placuisset, dissidentia, ex urbe cessisse, sed ne propter se civile aliquod bellum exoriretur. *Hotom.*

9) *Non pop. Rom. suffragiis*: non lege per pacatum populum ordine et bono modo ferenda. *Sed flumine sanguinis*: significat eam seditionem, quae in foro VIII. Kalend. Febr. facta est, cum corporibus civium Tiberis compleretur, e foro spongiis sanguis effingeretur. Ad Quirites cap. 5. §. 14. Pro Sext. cap. 35. *Id. Intercludendum*; translatione rem amplificat, et subiungit *intercludendum* ex eo quod accidere saepe solet, ut, qui aliquo iter habent, auctis fluminibus intercludantur. *Manut.*

10) *Nihil sociis, nihil regibus*: qui legationes ad senatum pro consuetudine mittebant. *Hotom.*

11) Non exercebantur iudicia, comitia non habebantur, non cogebatur senatus. *Idem.*

cum is excessisset, 12) qui caedi et flammae, vobis auctoribus, restiterat, cum ferro et facibus homines tota urbe volitantes, magistratum tecta impugnata, deorum templa inflammata, summi viri et clarissimi consulis fasces fractos, fortissimi atque optimi viri, tribuni plebis, 13) sanctissimum corpus, non tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis, 14) Qua strage nonnulli permoti magistratus, 15) partim metu mortis, partim desperatione reipublicae, paullum a mea causa recesserunt. Reliqui fuerunt, quos neque terror, neque vis, nec spes, nec metus, nec promissa, nec minae, nec tela, nec faces a vestra auctoritate, a populi Romani dignitate, a mea salute depellerent, Princeps P. Lentulus, parens ac
 deus

12) De se ipso loquitur. Cum is in exilium abiisset, qui non privato consilio, sed auctore senatu supplicium de coniuratis sumserat. *Idem.*

13) P. Sextii, qui omnem magistratus sui vim ad conficiendum Ciceronis reditum contulit. Ad Quirites cap. 6. *Sanctissimum corpus*: erant enim tribuni plebis legibus sacris sacrosancti, ita, ut si quis re, vel verbo eos laesisset, *sacer*, h. e. *detestabilis* esset, eiusque bona publicarentur.

14) Pro Sextio cap. 37. copiosius rem narrat.

15) Aediles quaestoresque significat. Praetores enim omnes defensores habuit, uno excepto, Appio Claudio, p. Clodii fratre. *Manut.*

1) Quippe

deus nostrae vitae, 1) fortunae, memoriae, 8
 nominis, hoc specimen virtutis, hoc indi-
 cium animi, hoc lumen consulatus sui 2)
 fore putavit, si me mihi, si meis, si vobis,
 si reipublicae reddidisset: qui, ut est designa-
 tus, 3) numquam dubitavit sententiam de sa-
 lute mea, se et republica 4) dignam, dicere.
 Cum a tribuno plebis vetaretur, cum prae-
 clarum caput 5) recitaretur, NE QUIS AD
 VOS REFERRET, NE QUIS DECERNERET,
 NE DISPUTARET, NE LOQUERETUR, 6)
 NE PEDIBUS IRET, 7) NE SCRIBENDO
 AD-

- 1) Quippe, qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exilio ad salutem revocavit. Ad Quirites cap. 5. §. 11. *Hot.*
- 2) Hoc facinus omnium, quae in consulatu suo gereret, maxime memorabile, quodque inter alia ipsius facta tamquam clarissimum lumen eluceret. *Idem. V. Ernesti Clav.*
- 3) Simulatque designatus fuit, cum ad gloriam suam atque ad amplissimi beneficii gratiam magis pertinere videret, causam illam integram ad suum consulatum reservari; tamen rem talem per alios, quam per se tardius confici maluit. Significat praeterea eum morem, ut post comitia consularia consules designati primi sententias rogarentur, et eorum is prior, qui priore loco declaratus esset. *Idem.*
- 4) Consulatu, magistratu, quem erat initurus.
- 5) V. cap. 2. §. 4.
- 6) *Ne disputaret, ne loqueretur:* Hoc est, ne quis ea de re longiorem haberet sermonem, immo ne vel verbum de ea faceret. *Heum.*
- 7) Fiebant senatusconsulta ordinarie per discessionem, hoc est, ita, ut, qui censuisset, in certam curiae partem

ADESSET: 8) totam illam clausulam, ut ante dixi, 9) proscriptionem, non legem putavit, qua civis optime de republica meritus, nominatim, 10) sine iudicio, una cum senatu

partem *discederet*, eumque, qui idem censerent, sequerentur; unde *pedibus in alicuius sententiam ire* dicimus pro *eam amplecti, idem sentire*, et contra: *discedere in alia omnia*. Consules enim iubebant senatores discedere ad eum locum, ubi erat alicuius sententiae pronuntiatae auctor. V. *Ernesti Clav. in discessio*

- 8) Scilicet Senatus consulto. Scribendo adesse dicitur de his, qui SCto nomina sua praeponi curant. Primis enim senatus consultorum, quae libera rep. fiebant, versibus praeponi solebant nomina eorum, qui ad ea conscribenda abhibiti erant; qua in re usu recepta erant verba haec, *scribendo adfuere*. Vid. *Ernesti Clav. in scribere* et *Briffonius de formul. Rom. lib. II. p. 192.*
- 9) Cap. 2. *Lex* autem a pacato populo et ordine et more maiorum fertur: *proscriptio* a victore tyranno, pro imperio, oppressa civitate, promulgatur. *Totam illam clausulam*: ita nonnullae editiones; aliae *pro clausulam* habent *causam*, quod inde per errorem descriptorum factum videtur. Neutra vox existat in vetuste excusis; hinc, eam eiecerunt et Gruterus et Graevius, neque tamen adiectivo *totam* aliud substantivum dedere. Alii maluerunt *legem*; Cicero autem non totam illam legem, sed eius clausulam proxime praecedentem significat.
- 10) Prius enim non nominatim Ciceronem damnarat Clodius. *Legem*, inquit de Clodio Velleius Paterculus lib. II. cap. 45. *in tribunatu tulit; qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur. Quibus verbis etsi non nominabatur Cicero,*

senatu 11) reipublicae esset ereptus. Ut vero iniiit magistratum, non dicam, quid egit prius, sed quid omnino egit aliud, nisi ut, me conservato, vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret? 12) Dii immortales, 13) quantum mihi beneficium dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus consul est! quanto maius dedissetis, si superiore anno fuisset! nec enim eguissem medicina consulari, nisi consulari vulnere 14) concidissem.

Cicero, tamen solus petebatur. Post discessum vero Ciceronis Clodius aliam legem tulit his verbis: *Vellitis, iubeatis, Quirites, ut M. Tullio, quod falsum senatus consultum retulerit, et indemnatos cives necarit, aqua et igni interdicator.* Pro domo cap. 18. 19. 20. Pro Sext. cap. 30. Quae lex Clodiana fuit contra leges sacratas et XII. tabulas, quibus sancitum erat, ut ne privilegium irrogari liceret, neve de capite civis nisi comitiis centuriatis rogaretur. Utrumque autem Clodius proscriptione Ciceronis violarat. Nam et nominatim de ipsius capite tulerat. Et eam legem tulerat non comitiis centuriatis, i. e. universo populo per classes et centurias convocato, sed tumultuaria fervorum et operarum concione.

11) *Una cum senatu:* quia sententias dicere non licebat, senatus ipse sublatus videbatur.

12) *Confirmaret.* Nam quae Cicero adversus coniuratos gesserat, auctore Senatu gesserat. Violata igitur erat Senatus auctoritas, cum ob eam causam, quia senatui paruerat, ipse violatus est. *Hot.*

13) *Apostrophe.* Haec est secunda pars orationis, qua acerrimae invehitur in eos, quorum invidia pulsus fuit; praecipue vero in duos Coss. Pisonem et Gabinium.

14) *Pisonis et Gabinij.* Ad Quirites cap. 6. §. 15.

cidium. Audieram ex sapientissimo homine, atque optimo cive et viro, Q. Catulo, non saepe unum consulem improbum, duos vero numquam, post Romam conditam, excepto illo Cinnano tempore, 15) fuisse. Quare meam causam semper fore firmissimam, dicere solebat, dum vel unus in republica consul esset. Quod vere dixerat, si illud de duobus consulibus, quod ante in republica non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset. Quod si Q. Metellus 16) illo tempore consul fuisset unus: dubitatis, quo animo fuerit in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse adscriptoremque

15) Cinnano tempore Cinna ipse et C. Octavius improbissimi consules rempubl. mutuis discordiis, belloque civili labefactarunt. Dictum Catuli recitat quoque pro Domo cap. 43. *O. Q. Catule, tantumne te fecellit, cum mihi summa et quotidie maiora praemia in republica fore putabas? Negabas fas esse, duos consules esse in hac civitate inimicos reipublicae. Duo sunt inventi, qui senatum tribuno furenti constrictum traderent. Manut.*

16) Hoc addit ad objectionem tacitam. Nam cum Q. Metellus P. Clodii affinis esset, et cum Cicerone inimicitias exercuisset, videbatur, si consul fuisset, Ciceronem non admodum adiuturus. *Hoc.* Sensus est: si vel maxime Q. Metellus, qui antea mihi parum amicus fuit, illo tempore consul fuisset cum Pisonem aut Gabinio, annon creditis, Clodii conatibus et armis eum fuisse restitutum, meque conservatum? Fecisset, quamvis inimicus, quia vir bonus est, et bonus consul in republica fuisset.

que 17) videatis? Sed fuerunt duo consules, quorum mentes angustae, humiles, parvae, oppletae tenebris ac fordibus, 18) nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerunt: non consules, sed mercatores provinciarum 19) ac venditores vestrae dignitatis: 20) quorum alter 21) a me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus, alter 22) Cethegum, con-

fobri-

17) *Auctorem*: ambiguè hic loquitur noster, idque consulto. Non enim eo sensu Metellus *auctor* restituendi Ciceronis erat, quod primus ipse causam suscepisset, sed isto sensu, quod assentiens tandem collegae Lentulo Ciceronem adiuverit *auctoritate* sua consulari. *Adscriptor* fuit, cum pro more nomen eius in perscribendo S. C. apponeretur. *Hot.*

18) *Tenebrae* sunt vitia intellectus, ignorantia, error, *Sordes mentis* sunt vitia voluntatis, omnis turpitudine animi, et vitae, libido, avaritia. *Heuman.*

19) Nam Piso et Gabinius consules cum P. Clodio tribuno pl. pepigerant, ut, si Ciceronem in exilium eicerent, ille Macedoniam, hic Syriam provinciam obtineret. *Hot.*

20) Erat enim non consulum, sed senatus universi munus, futuris magistratibus decernere provincias, quas designati inter se sortirentur. *Idem.*

21) A. Gabinius, qui in pueritia male ob Catilinae consuetudinem audierat: qua de causa Catilinam ipse *virum* postea appellat, Gabinium vero *Catilinae delicias*. Pro Domo cap. 24. *Idem.*

22) L. Piso. *Cethegus* unus e coniurationis principibus fuerat, et decreto senatus cum aliis quatuor in carcere strangulatus. *Manut.*

sobrinum, reposcebat: qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consules, sed latrones, non modo deseruerunt, in causa praesertim publica et consulari, 23) sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio, non solum suo, sed etiam vestro, ceterorumque ordinum, spoliatum esse voluerunt: quorum alter 24) tamen neque me, 5 neque quemquam fefellit. Quis enim ullam nullius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines divulgatum? qui ne a sanctissima quidem parte corporis 1) potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare? 2) qui cum suam rem non minus strenue, quam postea publi-

23) Ad ipsos enim consules defensio maxime salutis meae pertinebat: cum ego consul res illas pro salute patriae gessissem, quarum causa vexari me iniquissime, et oppugnari a tribuno plebis videbant. In Pisonem: *Cum enim esset omnis causa illa mea consularis, et senatoria; auxilio mihi opus fuerat, et consulis, et senatus. Idem.*

24) A. Gabinius. *Neque me-fefellit: hoc est, non fecit id praeter opinionem nostram: iam praevidimus, eum tam prave se gesturum esse. Heum.*

1) Mysteria ea maxime sancta existimantur, quae maxime occultantur, aut quae raro aut numquam vel attinguntur vel adspiciuntur. Infra *Pseudothyron* appellat, cap. 6. Gabinii obscenam infamiam significat, qui adeo deditus erat libidini, ut propter summam mentis corruptionem ne hoc quidem genus impuritatis a se propulsare posset.

2) Sensus huius loci est: adeo deditus erat libidini, ut propter summam mentis corruptionem ne hoc quidem genus

publicam confecerat; egestatem et luxuriam domestico lenocinio sustentavit? 3) qui nisi in aram 4) tribunatus confugisset; neque vim praetoris, 5) nec multitudinem creditorum, nec bonorum proscriptionem 6) effugere potuisset. Quo in magistratu 7) nisi rogationem de piratico bello tulisset: profecto egestate et improbitate coactus, piraticam ipse fecif-

genus impuritatis a se propulsare idque vitare posset.
Heum.

- 3) Egressus aetate puerili, cum se iam ad alienas libidines divulgare non posset, domi suae lenocinium exercuit. *Manut.*
- 4) *Ara salutis* asylum; hinc absolute salutis praesidium notat, quo qui confugiunt, servantur. Verr. lib. V. cap. 48. *Hic portus, haec arx, haec ara sociorum, sc. lex de repetundis.* *Tribunatus* autem magistratus est sacrosanctus. Itaque tribunis molestus esse privatae rei causa nemo poterat. *Hot.*
- 5) Urbani, qui ius de pecuniis creditis reddebat. *Idem.*
- 6) Praetor urbanus ex edicto mittebat in bonorum possessionem eorum debitorum, qui absentes iudicio defensi non fuerant. Cum dies triginta possessa essent, proscribentur, i. e. libellis palam fixis denunciabatur, ea bona auctione constituta venditum iri. Catil. II. cap. 10. *Idem.*
- 7) Tribunatu. Nam cum eo anno piratae non solum maria, verum etiam oras maritimas suis larrociniis infestas redderent, legem tulit Gabinius, ut bellum adversus piratas Cn. Pompeio mandaretur. Cuius legatus cum esset factus, subvenit egestati suae. Pro lege Manil. cap. 19. *Idem.* Legi autem populari inde nomen *rogationis* tributum est, quod e populo quisque suam rogabatur sententiam, et quod maxima pars volebat populi, id ratum erat. *Heum.*

fecisset; ac minore quidem cum reipublicae detrimento, quam quod intra moenia nefarius hostis, praedoque versatus est: 8) quo inspectante ac sedente, legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur: 9) ne obnuntiare 10) concilio 11) aut comitiis, ne legi intercedere 12) liceret: ut lex Aelia 13) et Fufia 14) ne valerent: 15) quae nostri
 nostri

8) Consul. *Tribunus plebis*: P. Clodius.

9) Tulit, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de coelo servaret. *Hotom.*

10) *Obnuntiare*: qui malam rem nuntiat, obnuntiat; qui bonam, annuntiat. Nam proprie *obnuntiare* dicuntur augures, qui, cum aliquid mali ominis saevumque vidissent, infausta signa comitia habenti nuntiabant, ut comitia dirimerentur. Nota est formula: *alio die*. V. *Ernesti Clav.*

11) *Concilium* est concio populi, vocata ad legem promulgandam et recitandam ante comitia. *Comitia* autem sunt conventus universi populi ad ferendum de aliqua re suffragium.

12) Cum lex ferebatur, tribuni plebis poterant intercedere legi, vetareque, ne perferretur, verbo illo sollemni *veto*. Tulit ergo Clodius, ut tribuno pl. legem ferenti nemo intercederet.

13) *Aelia lex de Comitiis*: ad tribunicios furores coercendos lata est a Q. Aelio Consule. Ea cautum est, ut, quoties comitia essent, de coelo servare liceret, obnuntiare liceret, obnuntiationique cedere necesse esset. V. *Ernesti Clav.* in hac lege.

14) Tulit hanc legem Tribunus quidam *Fufius*. Ergo *Fufia* est legendum. V. *Ernesti Clav.*

15) Clodius ergo, quo posset arbitrato suo quandocumque vellet, exitiosas reipublicae leges ferre, sustulit auspicia, obnuntiationem, intercessionem i. e. legem Aeliam

nostri maiores certissima subsidia reipublicae 16) contra tribunicios furores esse voluerunt. Idemque postea, cum innumerabilis¹² multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, 17) cumque adolescentes nobilissimi, cunctique equites Romani se ad lenonis impurissimi pedes abiecissent: quo vultu cincinnatus 18) ganeo non solum civium lacrymas, verum etiam patriae preces repudiavit? Neque eo contentus fuit, sed etiam in concionem ascendit, eaque dixit, quae, si eius vir Catilina revixisset, dicere non esset ausus: se Nonarum Decembr. 19) quae me consule fuissent, clivique Capitolini poenas ab equitibus Romanis esse

Aeliam et Fuliam, quae tria haec confirmabant, ne perniciosis legibus improbi tribuni pl. reip. nocere possent. *Manut.*

16) In Pisoniana leges illas appellat *propugnacula murorumque tranquillitatis et otii.*

17) Hominum enim viginti millia vestem pro salute Ciceronis mutarunt. Ad Quirites cap. 3. *Hot.*

18) *Cincinni* sunt delicate intorti capilli, gekräuselttes Haar. Hinc *cincinnatus*, qui sibi calamistro: id est, ferro calefacto, capillos in cincinnos, quasi semicirculos intorquet. Ita autem Gabinius, hic uti pro Sext. cap. 11. contemptus causa dicitur. *Eius vir:* quasi Gabinius Catilinae nupsisset, pudicitiamque suam illi prostituisset. *Amatorem* antea dixit §. 10.

19) Quo die S. C. de coniuratis plectendis factum est. Erant autem illo die armati equites Rom. in clivo Capitolino, circa templum concordiae, ubi sententiae de supplicio coniuratorum dicebantur. *Hotom.*

20) Quos

esse repetiturum: neque solum id dixit, sed quos ei commodum fuit, 20) compellavit: L. vero Lamiam, equitem Romanum, praestanti dignitate hominem, 21) et salutis meae pro familiaritate, 22) reipublicae pro fortunis suis, amicissimum, 23) consul imperiosus exire urbe iussit: 24) et cum vos vestem mutandam

20) Quos ei libuit scilicet compellare. *Compellare autem est reprehendere, acrius obiurgare aliquem.*

21) Hoc addidit, quia non solum eques Romanus, sed princeps etiam erat equestri ordinis: ut in epistola ad D. Brutum lib. XI. epist. 16. *Clodianis temporibus, cum equestri ordinis princeps esset, proque mea salute acerrime propugnaret, a Gabinio consule relegatus est. Manut.*

22) Quanta intercesserit Ciceroni cum Lamia hoc familiaritas, discas licet e lib. XI. ad familiarem epistolam 16 et 17. et lib. XII. epistolam 29. *Neminem in populo Romano arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quae mihi cum Lamia est.*

23) Hoc dicit orator, Lamiam et suae Ciceronis scilicet salutis reipublicae amicum fuisse; et Ciceronis quidem salutis pro familiaritate cum ipso, reipublicae vero pro fortunis et bonis suis. Quorum enim amplae fortunae sunt, ii praesentem reipublicae statum amant, novari nihil volunt. Qui vero a fortunis rebusque domesticis sunt imparati, iis res publica cara non est: quaerunt novitatem rerum vel cum publica pernicie, ut suis privatis vulneribus medeantur. *Heum. et Manut.*

24) V. lib. XI. ad familiarem epistolam 16. et lib. XII. epistolam 29. et Pro Sextio: *L. Lamiam in concione relegavit: edixitque, ut ab urbe abesset milia passuum ducenta, quod esset ausus pro cive, pro bene merito cive, pro amico, pro republica deprecari.*

dam censuissetis, 25) cunctique mutassetis, atque idem omnes boni iam ante fecissent; ille unguentis oblitus, cum toga praetexta, 26) quam omnes praetores, aedilesque tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum, et luctum gratissimae civitatis: fecitque, quod nemo umquam tyrannus, ut, quo minus occulte vestrum malum gerneretis, nihil diceret, ne aperte incommoda patriae lugerētis, ediceret. 27) Cum vero in Circo Flaminio, 1) non a tribuno plebis consul in concionem, sed a latrone archipirata, productus esset:

25) Senatusconsulto proprie de ea re facto.

26) Qua maiores magistratus utebantur, et quam tum quasi in publica calamitate abiecerant. *Hot.*

27) *Ut-ediceret:* ut nullam quidem causam afferret, cur non gerneretis occulte, nec quo minus doleretis meum exsilium impediret, sed, ne palam, veste mitata, incommoda patriae lugerētis, ediceret. Hoc nemo umquam tyrannus fecit. Sic in Sextiana: *Quis umquam consul senatum ipsius decretis parere prohibuit? quis tyrannus miseros lugere vetuit?*

1) Circus Flaminius fuit extra portam Carmentalem prope aedem Apollinis, et forum olitorium. Nomen unde traxerit, non satis constat. In hoc loco nonnumquam conciones habitae sunt a seditiosis tribunis plebis. Haec concio habitae est a Clodio, in quam iussit venire Gabinium Convidem, ut interrogatus de Ciceronis causa responderet, per quae sui conatus adiuventur. *Qua auctoritate vir!* i. e. cogitate, quaeso, quam turpiter se dederit vir tanta praeditus auctoritate tantoque honore, consul quippe Romanus.

esset: primum processit, qua auctoritate viri vini, somni, stupri plenus, madenti coma, 2) composito capillo, gravibus oculis, 3) fluentibus buccis, 4) pressa voce et temulenta: quod in cives indemnatos esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor 5) vehementissime displicere. Ubi nobis haec auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in lustris et helluationibus huius calamistrati 6) saltatoris 7) tam eximia virtus tamdiu cessavit? Nam ille alter Caesoninus

- 2) *Supra: unguentis oblitus. Composito: comto.*
- 3) *Graves oculi sunt eorum, qui nondum edormivere crapulam.*
- 4) *Fluentus buccae sunt cerussa et reliquo fuce interpolatae. In Pisonem cap. 11. Erant illi comiti capilli, et madentes cincinnorum simbriae, et fluentes cerussataeque buccae. V. Ernesti Clay. in fluere.*
- 5) *Gravis auctor: hoc est, vir dignissimus, cuius sententiam summa excipiamus reverentia. Auctores dicuntur in legibus ferendis principes Senatores, qui habent ius sententiae primum dicendae, adeoque rei alicuius auctores fieri possunt: quorum alii postea sententiam sequuntur.*
- 6) *Calamistratus: cuius capilli calefacta acu sunt in torti.*
- 7) *Saltator, in convicii loco dicitur. Patet enim ex orat. pro Deiotaro cap. 9. saltationem apud Romanos turpem fuisse, sive propter levitatem, sive propter abscoenitatem motus, qua saltantes utebantur. Aemilius Probus in Epaminonda cap. 1. Scimus enim, musicen nostris moribus abesse a principis persona: saltare vero etiam in vitiliis poni. Cessavit: otiosa fuit.*

soninus Calventius, 8) ab adolescentia versatus est in foro, cum eum, praeter simulatam versutamque tristitiam, nulla res commendaret: non iuris studium, non dicendi, non rei militaris, non cognoscendorum hominum, 9) non liberalitas: 10) quem praeteriens cum incultum, horridum, moestumque vidisses; etiamsi agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non

P 2

puta-

8) L. Piso Consul alter, collega Gabinii: qui *Caesonini* cognomen a patre, *Calventii* autem nomen a patris focero accepit, qui fuerat Calventius, homo Gallus, Placentiae civitate donatus. Inde Romam cum filia profectus, eam Pisoni Caesonino, huius L. Pisonis patri collocavit. Ceterum observes et hoc et superiori et proximo in capite summam Ciceronis dicendi libertatem, vel potius intemperantiam et scurrilitatem, qua duos inimicos sibi, consules, infectatur. Proprium hoc nostris temporibus esse creditur infimae plebis muliercularum hominumque nullo plane honoris genere conspicuorum. Illud unum pro Cicerone dici potest, quod hoc non hominis vitium fuit, sed temporum illorum. *Heum.*

9) Insinuandi se in hominum notitiam et familiaritatem. *Hot.*

10) *Non iuris-liberalitas*: Hoc totum Ernesti videtur esse delendum, quia abest a Mss. et in aliis varie corrupteque legitur. Graevius vero hanc scripturam tuetur, eamque laudat Heumannus, qui praeterea tironibus praecipit, ut discant hinc, quinque Romanis vias fuisse ad honores. Alius scilicet se commendabat civibus suis iuris scientia, alius eloquentia, alius virtute militari, alius prudentia civili, alius denique effusa liberalitate.

11) *Cum*

14) putares. Cum hoc homine, an cum *stipite*, vel *Aethiope* 11) in foro constitisses, nihil crederes interesse. Sine sensu, sine sapore, 12) elinguem, tardum, inhumanum negotium, Cappadocem 13) modo abreptum de grege venalium diceres. Idem domi quam libidinosus! quam impurus! quam intemperans, non ianua receptis, sed pseudothyro 14) intromissis voluptatibus! cum vero etiam litteris studere incipit, et helluo immanis 15) cum Graeculis philosophari, tum est Epicureus, 16) non penitus illi disciplinae, quae

11) *Cum stipite*, vel *Aethiope*: neutra vox supervacanea, nec ulla omittenda. Nam *in stipite* stuporem Pisonis, *in Aethiope* deformitatem notat. *Stipes*: homo stupidus, qui propter stuporem mutus est. *Aethiopem* autem appellat, quia niger eius cutis color erat.

12) Intelligentia, sapientia. *Negotium*: adeo late patet hoc nomen, ut etiam personas signet. *Inhumanum*, stupidum, indoctum.

13) *Cappadox*, qui est ex Cappadocia; unde magnus servorum numerus Romam advehebatur. Erat autem contemptum hoc genus servorum, ut Syri, Phryges, Myfi. *Venales*, si nihil addas, servi novicii intelliguntur, qui ad vendendum sunt expositi.

14) V. Cap. 5. §. 11. Innuitur Venus mascula, significaturque, quod adversus et aversus fuerit impudicus. *Gcaev*.

15) *Immanis*: ingens. *Graeculus*: graecus philosophus. Ad contemptum fere pertinet. Pro Sextio cap. 51. *graeculum se putari voluit*.

16) *Epicurus*: nobilis auctor infamis philosophiae, quae voluptatem summum bonum facit. Quam senten-

quaecumque est, deditus, 17) sed captus uno verbo voluptatis. Habet autem magistros non ex istis ineptis, 18) qui dies totos de officio ac de virtute differunt, qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur; sed eos, qui disputent, 19) horam nullam vacuum voluptate esse debere: in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium delectationemque versari. His utitur quasi praefectis libidinum¹⁵ suarum: hi voluptates omnes vestigant atque odorantur: hi sunt conditores instructoresque convivii: iidem expendunt 20) atque aestimant voluptates, sententiamque dicunt, et iudicant, quantum cuique libidini tribuendum esse videatur. Horum ille artibus eruditus, ita contempsit hanc pudentissimam

tentiam qui amplectuntur, Epicurei vocantur. *Disciplina*: secta philosophorum. *Quaecumque*: qualiscumque, licet non bona sit.

17) *Non penitus - deditus*: Epicuri enim quaedam sunt dogmata a recto philosophandi genere non aliena, quae Piso contemnebat. *Hot.*

18) Hoc verbo eos significat Cicero, quos hodie eum Gallis vocamus *pedantas*. Loquitur autem ex persona Pisonis, cui, qui dies totos de officio, ac de virtute differerent, inepti homines videbantur. *Manut.*

19) Quamquam ante est *differunt*, tamen scribendum *disputent*. Est enim eos, qui pro eiusmodi, ut.

20) *Vestigant - conditores - expendunt*: observa in his tres metaphoras, quarum prima est a canibus, secunda a convivoribus, et tertia a libripendibus.

tissimam 21) civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse 22) arbitraretur, si modo vultum importunum 23) in forum detulisset. Is me 1) quidem minime; cognoram enim, propter Pisonum affinitatem, 2) quam longe hunc ab hoc genere 3) cognatio

21) Quae honestatem colit, flagiticam vitam et fugit et detestatur.

22) Populum enim suis rugis et supercilio deceptit. Cap. 7. *Holom.*

23) Id est, austerum, tristem. Austeritatem hanc supra §. 13. *tristitiam* vocavit. *Heuman.*

1) Libri hoc in loco ita variant, ut in nullo alio. Quam vero Graevius restituit lectionem, nobis placet prae ceteris. praeter *quamquam*, quod vix verum esse potest. Ceterum pro *cognatio* scribere valde gessit *contagto*. Nihil opus est: sententia enim est apertissima. Me plane non deceptit, inquit Cicero, qui illum dudum noram propter affinitatem Pisonum, cum filia mea C. Pisoni nuplisset. Cum essem affinis Pisonum, propter filiam meam C. Pisoni collocatam, satis mihi notum fuit, eum propter matrem origine Gallam, quae moribus transalpinis eum infecerat cum lacte materno, longissime ab hac familia abesse, et ab illius moribus descivisse. Ernesti sequitur Gruterum, isque Guilielmium suum, qui coniecit, locum hunc sic fuisse a Ciceronis manu: *Is me, quamquam me quidem non; cognoram enim propter Pisonum affinitatem* etc.

2) Quia Pisones habeo affines.

3) *Ab hoc genere*: a nobili stirpe Pisonum Romana: *Cognatio materna Transalpini sanguinis*: Matris enim L. Pisonis Calventius quidam, transalpinus homo, pater fuit. §. 13. *Sed vos populumque Romanum*: qui consulem creavistis.

4) *Id*

cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset; sed vos, populumque Romanum, non consilio, 4) neque eloquentia, 5) quod in multis saepe accidit, sed rugis supercilioque decepit. L. Piso, tunc ausus es isto oculo, 6) 16 non dicam isto animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio, (non enim possum dicere, tantis rebus gestis,) cum A. Gabinio consociare consilia pestis meae? Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis, 7) in eam cogitationem adducebat, ut, cum illius re similis fuisses, frontis tibi integumento 8) ad occultanda tanta flagitia 9) diutius uti non liceret?

- 4) Id est, iuris peritia. Superiori iam in capite dixit Cicero, Pisonem videri voluisse Ictum, ac semper in foro versatum esse. *Heum.*
- 5) Erat enim sine sensu, sine sapore, elingue, tardum, inhumanum negotium. Cap. 6. §. 14.
- 6) *Isto oculo*: pro: qui es isto oculo i. e. qui habes eiusmodi oculum et frontem, non autem vitam. *Pestis meae*, hoc est, mei interitus. *Heuman.*
- 7) *Frons vestigiis*: cum forte per imprudentiam ab eo, qui capillos intorquet, attingitur. *Hotom.*
- 8) Quam enim tibi severitatis et integritatis opinionem frons afferebat, eam, consociatis cum Gabinio pestis meae consiliis, prorsus amittebas. Eius enim unguentorum odor, vini anhelitus, frons calamistri notata vestigiis cum tua severa fronte minime congruebant, sed te quoque talem in flagitiis esse, quamquam simulares, ostendebant. *Manut.*
- 9) Quae occultare antea frontis integumento solitus eras. *Idem.*

ceret? Cum hoc tu coire 10) ausus es, ut consularem dignitatem, ut reipublicae statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optime meriti fortunas provinciarum foedere addiceres? 11) Te consule, tuis edictis et imperiis, senatui populoque Romano non est licitum, non modo sententiis 12) atque auctoritate sua, sed ne luctu quidem ac vestitu rei-
 17) publicae subvenire. Capuaene te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore: 13)

an

10) Semper fere in malam partem accipitur *coire*, pro societatem inire seditionum, tumultuum excitandorum causa, ut *conspirare, coniurare*. Hinc *coitio* est conspiratio, *Graev.* *Civis optime meriti*: dicit orator semet ipsum.

11) *Addiceres*: sc. libidini tribuni pl. Clodii, potestati eius permitteres, ut ea sunt in potestate nostra, quae a nobis emta sunt, aut potius, ut est debitor iudicio nobis addictus. V. *Ernesti Clav.* Eodem modo *dedere, tradere, donare hostibus* paullo post.

12) *Sententiis*: nam senatus vestem mutandam censuerat. Consules autem, contra quam senatus censuisset, ut cives ad vestitum redirent, edixerunt. *Ne luctu quidem ac vestitu*, i. e. ne luctu quidem, qui veste mutata indicatur. Pro *luctu* Graevius edidit *vultu*.

13) Proprie erat Capuae *duumvir*: una cum Cr. Pompeio; (ita enim, non consules, vocabantur praefecti municipiorum) sed abusus est nomine consulis propter similitudinem magistratus utriusque, praesertim in illa urbe, quae tum paene Roma altera putabatur. Eundem Pisonem noster vocat *Campanum consulem*; per irrisionem pro duumvirum: qui factus erat

L. Piso

an Romae, in qua civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? Tu es ausus, in Circo Flaminio productus, 14) cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse? 15) quo verbo senatum, atque omnes bonos tum, cum a patria pestem 16) depellerent, crudeles demonstrabas fuisse. Tu misericors me affinem tuum, 17) quem comitiis tuis, praerogativae 18) primum custodem prae-

L. Piso a Caesare cum Cn. Pompeio, deducta Capuam colonia. Campaniae autem princeps urbs Capua erat. Pro Domo cap. 23. itemque in Pisonem cap. 11.

14) A. P. Clodio, tribuno plebis. *Cum tuo illo pari*: cum Gabinio collega, tui simillimo. In Pisonem cap. 3. *Edicere est ausus cum illo suo pari, quem tamen omnibus vitiis superare cupiebat, ut senatus, contra, quam ipse censuisset, ad vestitum rediret. Manut.*

15) Sic in Pisoniana cap. 6. *Productus in concionem, cum esses interrogatus, quid sentire de consulatu meo, respondes, crudelitatem tibi non placere.*

16) Coniuratos Catilinos. *Depellerent*, i. e. cum in coniuratos animadverterent.

17) Ob filiam C. Pisoni, huius propinquo, collocatam. *Comitiis tuis*: in quibus tu petitor consulatus fuisti. *Tu misericors*: ironia, du gutherzige Seele.

18) *Praerogativa* dicitur centuria vel tribus, quae per sortem accepit ius primum ferendi suffragii. *Custodes* in comitiis item tabellarum dicuntur amici, urnis et diribitoribus tabellarum oppositi, ne fraus intercedere posset. V. *Ernesti Clav.* Tabellas educebant, et punctis in alia tabella notatis singulorum sententias numerabant, et, quod pluribus placuisset, per prae-

praefeceras, quem Kalendis Ian. tertio loco 19) sententiam rogaras, constrictum inimicis reipublicae tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum: tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis et crudelissimis verbis a genibus tuis 20) repulisti: idemque tu, clementia ac misericordia singulari, 21) cum ego una cum republica non tribunicio, sed consulari ictu concidissem, tanto scelere, tantaque intemperantia fuisti, ut ne unam quidem horam interesse paterere 22) inter meam pestem

praeconem pro istius centuriae suffragio pronuntiabatur. Inde apparet, munus hoc custodiendi, id est, suffragiorum numerum observandi, fuisse maximi momenti; quare non nisi fidelissimo et certissimo amico mandabatur.

19) Primum fortasse, absente C. Caesare, genero suo, Cn. Pompeium, alterum M. Crassum, tertium Ciceronem rogavit. *Manut.* Tribuebatur autem et honori et amicitiae, inter primos sententiam rogari, i. e. interrogari.

20) Respicit morem veterem *orandi per genua*, de quo multa loca antiquorum profert Briffonius lib. VIII. de formulis pag. 739. sq. Supplices enim non ipsi modo in genua pervolvebantur, sed etiam eorum, quibus supplicabant, genua attingebant, atque ad haec manus tendebant. *Heum.*

21) Ironia: quia dixerat Piso in concione, se misericordem semper fuisse. *Manut.*

22) Clodius enim, cum rogationem de Cicerone eiciendo tulisset, statim de provinciis tulit, ut Macedoniam Piso, Syriam Gabinius administraret. Pro Sextio cap. 24. *Illo, inquam, ipso die, die dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem,*

miki

pestem et tuam praedam; saltem dum conticesceret illa lamentatio et gemitus urbis. Nondum palam factum erat occidisse rempublicam, cum tibi arbitria 23) funeris solvebantur. Uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat; bona ad vicinum consulem 24) de Palatio, 25) de Tusculano 26) ad item vicinum alterum consulem 27) deferrebantur.

mihî rei quæ publicæ perniciës; Gabinio et Pisoni provincia rogata est.

- 23) *Arbitria* sunt pecunia vespillonibus data, aliisque funus iuvantibus, omnes denique impensæ, quæ in funus fiunt. Hinc dicuntur de præda, quam cepit Piso ex Ciceronis et patriæ interitu. In Pisonem cap. 9. *Eodem in templo, eodem et loci vestigio et temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. Hot. et Ernesti Clav. Occidisse rempubl. Ciceronem lata de eo rogatione exilio damnatum esse.*
- 24) Pisonem. Nam in Pisoniana cap. 11. scribit: *At tu illo ipso tempore, apud socrum tuam prope a meis aedibus, cuius domum ad meam exhaurientem patefeceras, sedebas, non exstinctor, sed auctor incendii etc.*
- 25) Id est, monte Palatino, ubi Cicero domum habuit. Catil. I. cap. 1.
- 26) *Tusculanum*, sc. prædium quod et *Tusculanum* absolute dicitur, prædium Ciceronis in agro Tusculano. *Tusculum*, Italiae oppidum in Latio. V. *Ernesti Clav.*
- 27) *Gabinium*, qui fundum habebat in Tusculano, ubi postea villam ingentem exstruxit, de qua in oratione pro Sextio, in Pisonem, pro domo cap. 24. *Cum domus in Palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem, transferebatur, columnæ marmoreæ*

rebantur: cum, iisdem operis 28) suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, 29) vacuo non modo a bonis, sed etiam a liberis, atque inani foro, ignaro populo Romano, quid ageretur, fenatu vero oppresso et afflicto, duobus impiis nefariisque consulibus, aerarium, provinciae, 30) legiones, imperia donabantur.

8 Horum consulum ruinas 1) vos consules vestra virtute fulsistis; summa tribunorum plebis praetorumque fide et diligentia sublevati. Quid ego de praestantissimo viro, T. Annio, 2) dicam? aut quis de tali cive satis digne

moreae ex aedibus meis, inspectante populo Romano, ad socrum consulis portabantur.

28) *Operae* h. l. sunt homines, quorum labor mercede conductus est, Arbeiter. Significat eos Cicero, quorum opera usus erat improbus consul ad demoliendam Ciceronis domum. *Heum.*

29) Id est, legis latore. Clodium dicit, qui tribunus pl. ferebat legem de provinciis Gabinio et Pisoni dandis. *Idem.*

30) Clodius in lege, qua provincias illis attribuit, adscripsit, ut iis magna pecunia ex aerario, quasi ad provincias administrandas necessaria, daretur, quam tamen cum ipsis partitus est. Pro Sextio cap. 10. *Hot.*

1) Tertia orationis pars, in qua amicorum beneficia mirifice extolluntur. *Consulum ruinas*: calamitates, quas sc. consules intulerunt. V. *Ernesti Clav.*

2) Milone, qui, cum hoc anno tribunus plebis esset, omne suum studium ad Ciceronem revocandum contulit. *Frangendum*: domandum. *Hotom.*

3) *Postu-*

digne umquam loquetur? qui cum videret, sceleratum civem, aut domesticum potius hostem, si legibus uti liceret, iudicio esse frangendum: sin ipsa iudicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, manum manu, vim vi esse superandam; primo de vi postulavit: 3) posteaquam ab eodem iudicia sublata esse 4) vidit; ne ille omnia vi posset efficere, curavit: 5) qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forum, neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus et copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus, post meum discessum, metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordini, servitutum

3) *Postulare* est verbum iuris, et actor speciatim postulare dicitur, qui Praetorem rogat, ut liceat nomen deferre; per metonymiam ergo pro *accusare* dicitur. V. *Ernesti Clav.* Milo autem Clodium de vi reum fecit, quod ipsius domum oppugnasset, et caedem in foro cum gladiatoribus fecisset. Ad *Attic.* lib. IV. epist. 3. *Nam Milonis domum, eam, quae in Germalo, pridie Idus Novembr. expugnare et incendere ita conatus est, ut palam hora quinta cum scutis homines, eductis gladiis, alios cum accensis facibus adduxerit. Hotom.*

4) Significat illud, quod est in ea pro Sextio cap. 41. *Ecce tibi consul, praetor, tribunus plebis, nova novi generis edicta proponunt: Ne reus adsit, ne citetur, ne quaeratur, ne mentionem omnino cuiquam iudicum aut iudiciorum facere liceat. Manut.*

5) Suam enim vim aliquando firmiorem opposuit. *Id.*

totum depulit civitati. Quam rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius 6) secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis, nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ discrimen vitandum umquam putavit: qui causam senatus exagitatam concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendavit, ut nihil tam populare, 7) quam vestrum nomen, nihil tam omnibus carum aliquando, quam vestra auctoritas videretur: qui me cum omnibus rebus, quibus tribunus plebis potuit, defendit, tum reliquis officiis, iuxta ac si meus frater esset, sustentavit: cuius ego clientibus, libertis, familia, 8) copiis, literis ita sum sustentatus, ut meae calamitatis non

6) Alter tribunus plebis, pro quo exstat Ciceronis oratio, in qua haec fusius explicantur. Inde igitur multum depromere poteris ad nostram hanc illustrandam. *Pari virtute-Sextius*, hoc est, Sextius, qui vir est pari virtute, animo et fide. Cave igitur, ablativum *virtute* construas cum *secutus*. Eundem in modum cap. 7. *tu clementia singulari* pro tu, qui es clementia singulari. *Heum.*

7) Cum Senatores fere optimates sint. *Populare*: populo gratum. *Hot.* *Aliquando* pro umquam, seu aliquo tempore. *Iuxta ac si*, id est, non secus ac si.

8) *Familia*, servis. *Copis*: pecunia sua. Cap. 9. Et de senect. cap. 3. *Sed fortasse dixerit, quispiam, tibi propter opes et copias tolerabiliorem senectutem videri.* *Heuman.*

9) *Cum*

non adiutor solum, verum etiam socius videretur. Iam ceterorum officia, studiaque vidistis: quam cupidus mei C. Cestilius, quam studiosus vestri, quam non varius fuerit in causa. Quid M. Cispus? cui ego ipsi, parenti, fratrique eius, sentio quantum debeam: qui cum a me voluntas eorum in privato iudicio esset offensa, 9) publici mei beneficii memoria privatam offensionem oblitteraverunt. Iam T. Fadius, qui mihi quaestor fuit, M. Curtius, cuius ego patri quaestor fui, 10) studio, amore, animo, huic necessitudini 11) non defuerunt. Multa de me C. Messius, et amicitiae et reipublicae causa

9) *Cum a me offensa*: cum Cicero iudex esset in iudicio quodam additus, in quo de re ipsorum ageretur, *Hot.*

10) Fuit autem quaestor Cicero Sext. Peducaeo praetori in Sicilia. Videtur ergo M. Curtius a Sext. Peducaeo adoptatus fuisse.

11) Erat Ciceroni necessitudo cum Fadio, quia Ciceroni quaestor fuit; cum Curtio, quia ipse Cicero quaestor fuit Sext. Peducaei in Sicilia. *Infra cap. 14. qui si mihi quaestor imperatori fuisset, in filii loco fuisset.* Lib. XIII. ad famil. epist. 10. *Mos maiorum hanc coniunctionem (quaestoris et imperatoris) liberorum necessitudini proximam voluit esse.* Et ep. 26. *Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi quaestor fuit.* Pro Cn. Plancio cap. 11. *Mos maiorum praescribit, in parentum loco quaestoribus suis praetores esse oportere.*

causa, dixit: legem separatim 12) initio de salute mea promulgavit. Q. Fabricius, 13) si, quae de me agere conatus est, ea contra vim et ferrum 14) perficere potuisset: mense Ianuario nostrum statum recuperassemus: quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas vestra revocavit. Iam vero praetores 1) quo animo in me fuerint, vos existimare potuistis, cum L. Caecilius privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare: publice promulgavit de mea salute cum collegis paene omnibus: 2) direptoribus autem

12) *Separatim*, id est, solus, sine collegis. *Initio*: cum primum tribunatum iniit. *Manut. Promulgavit.* v. cap. 2. §. 4.

13) *Q. Fabricius*: princeps rogationis, Ciceroni amicissimus, octavo Kalendas Febr. templum aliquanto ante lucem occupavit.

14) *Pro Sextio* cap. 35. *Cum forum, comitium, curiam, multa de nocte, armatis hominibus ac servis plerisque occupassent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos. Mense Ianuario: octavo Kalendas Febr.*

1) Hactenus octo tribunos plebis enumeravit, qui ipsius reditum adiuverunt; duo reliqui non consenserunt, Numerius Quintius et Sex. Attilius Serranus; non intercesserunt tamen, cum et senatus et omnium magistratuum consensum viderent. *Hot.*

2) Uno excepto Appio Claudio, P. Clodii fratre. *Pro Milone* cap. 15. *septem praetores, octo tribuni plebii illius adversarii, defensores mei.* Hic quoque septem praetores nominantur. Quibus locis de toto praetorum numero admonemur. *Manut.*

3) Iudi-

autem meorum bonorum in ius adeundi 3) potestatem non fecerit. M. autem Calidius, statim designatus, sententia sua, quam esset cara sibi mea salus, declaravit. Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quintilii, C. Cornuti, summa et in me, et in rempublicam constiterunt.

Quae cum libenter commemoro, tum non invitus nonnullorum in me nefarie commissa praetereo. Non est mei temporis, iniurias meminisse: quas ego etiam si ulcisci possem, tamen oblivisci malle. Alio transferenda mea tota vita est, ut bene de me meritis referam gratiam, amicitias igne perspectas 4) tuear, cum apertis hostibus bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meae, defensores reditus dignitate consoletur. 5) Quod si mihi nullum aliud esset officium

3) Iudicio disceptandi. Nam praetoris urbani potestas erat, iudicium dandi, vel denegandi. Praetor ergo id non dedit direptoribus bonorum Ciceronis, ut ipsorum possessionem confirmaret auctoritate praetoria. *Hot. et Heum.* Ius: locus, ubi ius dicitur. Ceterum de formulis illis: *in ius eamus*, vel *in ius veni*, sequere ad tribunal: vel *in ius ambula*, consulatur Brillsonius lib. V. de formulis, pag. 366.

4) In rebus adversis multis documentis probatas.

5) Haec est vulgata scriptura, quam tuetur Ernesti et contra Grævium defendit, qui ita edidit: *proditores meos non indicem, dolorem profectionis meae reditus dignitate consoletur.* Sed proditores, Gabinius Cicer. Orat. Pars II. Q scilicet

cium in omni vita reliquum, nisi ut erga duces ipsos, et principes, atque auctores salutis meae, satis gratus iudicarer: tamen exiguum reliquae vitae tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini 6) ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referent? quae memoria, quae vis ingenii, quae magnitudo observantiae, tot tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus afflicto et iacenti consularem fidem dexteramque porrexit: qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit: qui tanto amore in me, studio in rempublicam, fuit, ut excogitaret, quemadmodum calamitatem meam non modo levaret, sed etiam honestaret. Quid enim magnificentius, quid praeclarius mihi accidere potuit, quam quod, illo petente, 7) vos decrevistis,

ut

scilicet et Pisonem plus semel indicavit eosque exagitavit cap. 5. 6. 7. Praeterea quia in toto loco de personis loquitur, et quidem ex utroque genere, etiam hic de personis esse debet oratio, et e duplici genere, proditoribus et defensoribus.

6) P. Lentulo, consuli, quem in sella curuli sedentem manu demonstrabat. *Hottom.*

7) *Petente*: tantum sc. fuit Lentuli studium in Cicero-nem, ut non referret solum in senatu, sed etiam peteret precibusque contenderet a senatu, ut decerneretur etc. Sic cap. 11. §. 29. de Pompeio: *qui populum Rom. pro me non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit.* Graevius edidit *referente.*

8) Hoc

ut cuncti ex omni Italia, qui rempublicam salvam vellent, 8) ad me unum, hominem fractum et prope dissipatum, restituendum et defendendum venirent? 9) ut, qua voce 10) ter omnino 11) post Romam conditam consul usus esset pro universa republica apud eos solum, qui eius vocem exaudire possent, eadem voce senatus omnis ex omnibus agris atque oppidis, 12) cives, totamque Italiam ad unius salutem defendendam excitaret.

Q 2

Quid

8) Hoc est, qui non essent reipublicae hostes.

9) Pro Sext. cap. 60. *In una mea causa post Romam conditam factum est, ut litteris consularibus ex senatusconsulto, cuncta ex Italia, omnes, qui rempublicam salvam vellent, convocarentur.*

10) Verba illa significat, quae in difficillimis temporibus is, qui exercitum ducturus erat, dicere solebat: *qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur.*

11) Pro vulgato: *a te Romule p. R. c.* Sed quid opus est, a te Romule? cum sequatur, *post urbem conditam.* Emendationis huius gratia debetur Briffonio, cuius inspiciatur liber secundus *de formulis* pag. 214. seq. ubi et plura profert exempla huius formulae: *qui remp. salvam esse vult.* Primum usus est hac voce P. Valerius Publicola, cum Herdonius noctu Capitolium arcemque cum exulibus et servis occupasset. Deinde L. Opimius, qui Gracchum occidit. Tertio C. Marius, qui Saturninum tribunum pl. et Glauciam praetorem interfecit. *Manut.*

12) *Senatus omnis-oppidis:* haec est Graevii scriptura, quam probat et Heumannus, quia, se ab *universo* senatu revocatum esse; supra cap. 2. dixit Cicero, et verbum *excitare* iunctum habeat *ex* necesse videtur. Saltem non raro ita invenitur. Vulgo *omnis* et *ex* omittuntur, et ipse Graevius *ex* omisit; forte excidit.

1) Effurt.

IO Quid ego gloriosius meis posteris potui relin-
 25 quere, quam, hoc senatum iudicasse, qui
 civis me non defendisset, eum rempublicam
 salvam noluisse? Itaque tantum vestra au-
 ctoritas, tantum eximia consulis dignitas va-
 luit, ut dedecus et flagitium se committere
 putaret, si quis non veniret. Idemque con-
 sul, cum illa incredibilis multitudo Romam,
 et paene Italia ipsa venisset, vos frequentissi-
 mos in Capitolium convocavit. Quo tem-
 pore quantam vim naturae bonitas haberet,
 aut vera nobilitas, 1) intelligere potuistis.
 Nam Q. Metellus, 2) et inimicus, et frater
 inimici, 3) perspecta vestra voluntate, om-
 nia privata odia deposuit, quem P. Servi-
 lius,

1) Erfurt. pro aut habet et, quod non improbo. Di-
 cit enim orator, tum apparuisse, quantam vim ha-
 beat naturae bonitas, i. e. ingenita bona indoles,
 itemque vera animi nobilitas. Sunt sc. quidem genere
 orti nobili, habentes animum humillimum. *Naturae
 bonitatem* etiam vocat noster lib. III. de off. cap. 3.
bonitatem ingenii, Corn. Nep. in Att. cap. 9. *na-
 turalem bonitatem*. Heum.

2) Nepos, qui consul erat cum Lentulo Spinthere. *Hot.*
 Ad Metellum exstat Ciceronis epistola in exilio scri-
 pta ad Div. lib. V. epist. 4.

3) P. Clodii: quia Clodius Metella natus erat. Frater
 ergo oratorie magis appellatur, quam vere. Conso-
 brinus enim potius erat dicendus Metellus, quia P.
 Clodius Caeciliae, huius Metelli Nepotis amitae,
 filius erat. *Hotom.* et *Ernesti Clav.*

lius, 4) vir cum clarissimus, tum vero optimus, mihi que amicissimus, et auctoritatis, et orationis suae divina quadam gravitate, ad sui generis communisque sanguinis 5) facta virtutesque revocavit, 6) ut haberet in consilio 7) et fratrem, 8) socium rerum mearum, 9) et omnes Metellos, praestantissimos cives, paene ex Acheronte 10) excitatos: in quibus Numidicum illum, 11) cuius quondam

4) Isauricus, qui de Isauris, quos in Cilicia domuit, triumphavit, Flor. lib. III. cap. 6. Eutrop. lib. VI. cap. 3. *Hotom.*

5) Nam Isauricus Q. Metelli Macedonici nepos erat ex filia, quod ex orat. pro domo cap. 47. intelligitur, ubi Cicero Macedonicum eius avum appellat. *Idem.*

6) Id est, in memoriam redegit. Plus hic sentit, quam loquitur, Cicero. *Revocavit, ut haberet* ponitur pro *revocavit, et adhortatus est, ut haberet.* *Heum.*

7) *Habere in consilio* i. q. adhibere in consilium.

8) *Fratrem*: Q. Metellum Celerem, qui Cicerone consule praetor cum esset, ei in opprimenda coniuratione adiutor ac socius exstitit. Vulgatae edd. addunt *ab inferis*, quod sine dubio adulterinum est, ut et Lambino videtur. *Ab inferis*; idem valet, quod *ex Acheronte*, cuius interpretationis gratia illa verba e regione erant scripta, deinde in textum ab indocto librario translata. Quare delendum censui.

9) Praetor enim Cicerone consule delectum habuit contra Catilinam. Catil. II. cap. 3.

10) Id est, ab inferis. *Acheron* poëtis fluvius est inferorum: sed pro inferis ipsis usi sunt hoc nomine scriptores, Corn. Nepos in Dion. cap. 10.

11) Q. Metellus Numidicus, ob res in Numidia contra Iugurtham, Numidarum regem, praeclare gestas. V. *Ernesti Clav.*

dam de patria discessus, 12) molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem visus est. 13) Itaque dimittitur 14) non modo salutis defensor, qui ante hoc unicum 15) beneficium fuerat inimicus, verum etiam adscriptor 16) dignitatis meae. Quo quidem die, cum vos CCCCXVII. ex senatu 17) effetis, magistratus

12) Lege Saturnini eiectus est, cum in eius legem Agrariam per vim latam iurare noluerat. Pro Sext. cap. 16.

13) Vulgo: *molestus ipsi, omnibus luctuosus tandem visus est.* Hoc est, exilium eius etsi initio ignominiosum videbatur, tandem tamen ipsi honorificum et omnibus luctuosum fuit. Non displicet coniectura Weiske, qui verba *molestus* et *luctuosus* transponit et ita legendum censet: *luctuosus omnibus, ipsi ne molestus quidem visus est.*

14) *Dimittitur*, quod Gruterus e prim. Franc. et edd. reposuit, idque tuetur Ernesti. *Dimittere* dicuntur magistri *discipulos*, quos e schola sua doctos domum remittunt: *dimittere scholam* est, cessare a docendis iuvenibus. Ita dimissus est Metellus a Servilio, oratione sua habita, defensor Ciceronis, sicut magistri doctos dimittunt e schola sua discipulos. Pro Sext. cap. 62. Graevius et Lambinus rescripserunt *exstitit*.

15) *Unicum* est e coniectura Ernesti, pro vulgato *unum*, quod e compendio scripturae ipsi factum videtur. Fuit enim beneficium hoc, quod omnia privata odia deposuit et cum Cicerone in gratiam rediit, per magnum.

16) Nam scripto S. C. eorum omnium nomina, quorum de sententia factum fuerat, adscribebantur. Cap. 4. §. 10. *Hotoman.*

17) Conveniebant enim in senatum non senatores tantum, sed et ii, quibus sententiae dicendae ius erat; ergo non eicienda sunt verba haec *ex senatu*. *Grui.*

tus 18) autem hi omnes adessent, dissenfit unus, 19) is, qui sua lege coniuratos etiam ab inferis excitandos putarat. Atque illo die, quo rempublicam meis consiliis conservatam gravissimis verbis et plurimis iudicassetis, idem consul curavit, ut eadem a principibus civitatis 20) in concione postero die dicerentur: cum quidem ipse egit ornatissime causam meam, perfecitque, adstante atque audiente Italia tota, ut nemo cuiusquam conducti aut perditii vocem acerbam 21) atque inimicam bonis posset audire. 22) Ad haec non modo **II** adiumenta salutis, sed etiam ornamenta digni-
tatis meae, reliqua vos iidem addidistis: decrevistis, ne quis ulla ratione rem impediret: si quis id impediret, 1) vos graviter moleste-
que

18) Consules, Praetores, Aediles etc. V. *Ernesti Clav.*

19) P. Clodius. *Ab inferis excitandos*, v. cap. 2. §. 4.

20) Primoribus, potentissimis optimatum, civibus primariis. Loquitur enim de concione populi, in quam venerat consul, et Ciceronis causam populo commendarat; ubi tantus fuit populi consensus de revocando Cicerone, ut inimicorum ipsius et improborum civium nemo auderet inimica bona verba edere.
Heum.

21) Nam populus, si quid ab eo, qui concionem habebat, dictum esset, quod improbaret, admurmurare solebat. *Hotom.*

22) Hoc est, perditii homines non audebant obloqui.

1) *Impediret* i. e. impedire conaretur. Vulgo, *qui id impedisset*; sed structura non cohaeret, et verba ista: *vos graviter molesteque laturos*, essent eicienda, ut et *Heumannus* vidit.

que laturos: illum contra rempublicam, salutemque bonorum, concordiamque civium facturum: 2) et ut 3) ad vos de eo statim referretur: meque etiam, si diutius calumniarentur, 4) redire iussistis. Quid? ut 5) agerentur gratiae iis, 6) qui e municipiis venissent. Quid? ut ad illam diem, res cum redisset, 7) rogarentur, ut pari studio convenirent. Quid denique illo die, 8) quem

P.

- 2) Id est, eum iudicatum iri hostem reipublicae. Pro Sext cap. 61. *Ne quis de caelo servaret? ne quis moram ullam offerret? si quis aliter fecisset, cum plane everforem reipublicae fore, idque senatus gravissime laturum; et ut statim de eius facto referretur?*
- 3) *Et ut pro et decrevistis, ut. Heum.*
- 4) *Calumniari est h. l. tempus fictis causis ducere, malitiose moras nectere. Ernesti et Hot. Vulgo vocamus Chikanen machen.*
- 5) *Quid? ut: ante ut subaudiendum est decrevistis, et sic statim deinceps.*
- 6) *Iis additi, quod in vulgatis excidit, et commode abesse non potest. Ita etiam iudicant Heumannus et Ernesti.*
- 7) *Id est, cum iterum ageretur apud populum. Res enim redire dicuntur, cum lites causae forenses ac iudiciales intermissae, (res prolatas dicunt) repetuntur. Sensus est: Quid? quod decrevistis, ut rogarentur municipia, ut pari studio Romam convenirent ad illam diem, cum res redissent, i. e. ad diem comitiorum, qua res prolatae repeterentur, qua lex de Cicerone revocando iuberetur a populo suffragiis ferendis. Lamb. V. Ernesti Clav.*
- 8) *Illo die, pridie Non. Sextil. Ad Attic. IV. epist. 1. Pridie Nonas Sext. Dyrrachio sum profectus, ipsa illo*

P. Lentulus, mihi, fratrique meo, liberisque nostris 9) natalem 10) constituit, non modo ad nostram, verum etiam ad sempiterni memoriam temporis? quo die nos comitiis centuriatis, 11) quae maxime maiores comitia iusta 12) dici haberique voluerunt, arcessivit in patriam, ut eadem centuriae, quae me

illo die, quo lex est lata de nobis. Graevius rescripsit *ille dies.* Utinam docuisset, quomodo cum nominativo ea, quae sequuntur, consentirent. Vulgatum tuetur Ernesti, et in istis, *non modo* etc. intelligit *illustrius*, aut simile quid: nam ista non possunt referri ad *natalem.* Hepmanno vero hunc in modum videtur corrigendus hic locus: *Denique illo die, quem P. Lentulus - temporis, nos comitiis - arcessivisti in patriam, ut* etc. Quo die, quod hic legitur, ortum ipsi videtur ex subsequenti *quo die.* Scilicet oculorum errore omissis aliquot versibus librarius scripserat *quo die.* Deinde animadvertens, se aliquid omisisse, illud *quo die* quidem non delevit, sed tamen omissa adscripsit.

9) Hoc est, et meis, et fratris mei liberis. *Heum.*

10) *Natalem:* quia eo die a morte ad vitam revocatus est. Cap. 9. §. 24. Sicuti enim, qui in exilio erant, dicebantur mortui; sic nasci et renasci dicebantur, cum restituerentur. V. ad Quir. cap. 2.

11) Quae in Campo Martio a populo per classium centurias diviso sic habebantur, ut et centuriatim suffragia colligerentur, et quod plures centuriae iussissent id ratum haberetur. *Hotom.*

12) Id est, summa et maxima. Erant enim et populi universi, et a maioribus tantum magistratibus et maximis auspiciis habebantur. *Idem.*

consulem 13) fecerant, consulatum meum
 28 comprobarent: quo die quis civis fuit, qui
 fas esse putaret, quacumque aut aetate, aut
 validudine effet, 14) non se de salute mea sen-
 tentiam ferre? Quando tantam frequentiam
 in campo, 15) tantum splendorem Italiae to-
 tius ordinumque omnium; quando illa digni-
 tate 16) rogatores, 17) diribitores, custo-
 desque vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio
 excellenti atque divino non reducti sumus 18)
 in

13) Consul enim comitiis centuriatis creabatur. *Idem.*

14) Pro Sextio cap. 52. *Nemo sibi nec validudinis ex-
 cusationem, nec senectutis, satis iustam putavit.*

15) Martio, ubi centuriata comitia habebantur, et lex
 de Cicerone revocando a Lentulo consule lata est.
Idem.

16) *Pro tanta dignitate praeditos.* Erant enim ex or-
 dine senatorio. *Heum.*

17) *Rogatores* in comitiis olim instituti sunt, quo tem-
 pore suffragia non tabella, sed voce ferebantur, qui
 centurias singulas suum suffragium rogarent. Postea
 tabulis inductis, mansit nomen rogatorum. *Diribi-
 tores*, qui tabellas suffragiorum populo per centurias
 diviso distribuebant: *diribere* enim est distribuere.
Custodes, qui et ne quid in suffragiis fraudis admit-
 teretur, urnis et diribitoribus tabularum apponeban-
 tur, et cuiusque centuriae educta e cista suffragia pun-
 ctis notabant. Qui quo essent maioris dignitatis, eo
 maior candidati gloria habebatur. V. cap. 7. §. 17.
Hot. Ernesti Clav.

18) Sensus est: parum dicerem, si, me eodem, quo
 alii, modo in patriam reductum esse, dicerem. Sum-
 enim curru triumphali reportatus in patriam. *Heum.*

in patriam, sicut nonnulli clarissimi cives sed equis insignibus et curru aurato 19) reportati.

Possum ego fati in Cn. Pompeium um-29 quam gratus videri, qui non solum apud vos, qui omnes idem sentiebatis, sed etiam apud universum populum Romanum salutem reipublicae et conservatam per me, et coniunctam esse cum mea dixerit? qui causam meam prudentibus 20) commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit, bonos excitarit? qui populum Romanum pro me, tamquam pro fratre, aut pro parente, non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit? qui ipse, cum propter metum dimicationis et sanguinis domo se teneret, 21) etiam a superioribus tribunis 22) petierit, ut de salute mea et promulgarent et referrent? 23) qui in colonia
nuper

19) *Equis insignibus et curru aureo*: est elegans periphrasis triumphii. Imperator enim triumphans currui pretioso quatuor equis albis plerumque tracto insistebat, et per urbem ad Capitolium vehebatur.

20) Qui perspectam habent rationem causae meae. Opponuntur hic *prudentibus imperiti, improbis boni*.

21) Quamdiu Clodius tribunus plebis fuit. Cap. 2. et pro Milone cap. 7.

22) A tribunis superioris anni, Milone, Sextio et aliis, quos paullo ante §. 21. 22. enumeravit.

23) *Promulgarent* ad populum, *referrent* ad senatum. *Hot.* Gruterus edidit *ferrent*. Unde vero hoc hauserit, non constat. Plurimi enim MSS. *referrent* agnoscunt, quod, cum recte interpretatus sit Hottomannus, (habebant enim tribuni pl. potestatem referendi

nuper constituta, 24) cum ipse gereret magistratum, 25) in qua nemo erat emptus intercessor, 26) vim et crudelitatem privilegii, 27) auctoritate honestissimorum hominum, et publicis litteris consignavit, 28) princepsque Italiae

ferendi ad senatum) contra omnium codicum fidem immutare non ausus est Graevius.

24) Capuam significat, quorsum Caesar in primo consulatu coloniam deduxerat. *Hot. Cap. 12. et pro domo cap. 12. Hic municipia coloniasque adiit; hic Italiae totius auxilium imploravit.*

25) Duumviratum. Caesar enim deductae Capuam coloniae duumviros praefecit L. Pisonem socerum, et Cn. Pompeium generum. *Cap. 7. §. 17. Idem.*

26) *Intercessor*: tribunus, qui intercedit alicui rei, h. e. vetat. *Emtus*: conductus, corruptus. Nemo, inquit, repertus est mercenarius intercessor Capuae, sicuti fuit ille Aelius Ligur, qui emptus a Clodio, Senatus decreto, quod de me, referente L. Ninnio, factum erat, intercessit. *Pro Sext. cap. 31. Decrevit senatus frequens de meo reditu Kalendis Iun. referente L. Ninnio. Intercessit Ligus iste, nescio qui etc. Idem.*

27) *Privilegium* dicitur talis lex, quae privis hominibus est irrogata. Isto autem nomine Cicero Clodii legem, qua pulsus est, invidiae causa multis locis insignivit. *Cap. 4. Pro domo cap. 17.*

28) Significat orator, Pompeium etiam publicis litteris testatum esse, violentum, crudele et in reipubl. damnum redundans esse privilegium tribunorum plebis, hoc est, legem ab iis de Cicerone latam, de qua iam supra cap. 7. meminit. *Consignare litteris crudelitatem legis*, i. e. litteris consignare, et perscribere in monumentis publicis, quod lex ea sit crudelissima. *Et hic significat etiam. Consignavit-putavit, sic Grute,*

Italiae totius praesidium ad meam salutem implorandum putarit? qui, cum ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet, elaborarit? Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabo? 1) cuius omnis actio, ratio, cogitatio, totus denique tribunatus, nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meae? Quid de P. Sextio loquar? qui suam erga me benevolentiam et fidem non solum animi dolore, sed etiam corporis vulneribus 2) ostendit?

Vobis vero, patres conscripti, singulis et egi, et agam gratias. Universis egi ab initio, quantum potui; fatis ornate agere nullo modo possum. Et quamquam sunt in me
prae-

Gruterus, Graevius, qui etiam correxit *elaboravit*. Cum vero praecedant *dixerit, commendarit, edocuerit, excitarit, obsecrarit, petierit*, necesse est, ut idem modus sequatur *legaturque consignarit-putarit-elaboravit*. Heum. Princepsque, id est, et primus.

1) Sic Erfart. Alii *remunerabor*. Utrumque dicitur latine.

2) Sextius plus viginti vulneribus affectus fuit. Pro Sext. cap. 37. *Inermem atque imperatum tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis septorum et fustibus: a quibus hic, multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore et contrucidato, se abiecit exanimatus: quem cum iacentem et concisum plurimis vulneribus viderent: defatigatione magis et errore, quam misericordia et modo, aliquando cedere destiterunt.*

3) Hoc

praecipua 3) merita multorum, quae fieri nullo modo possunt, tamen huius temporis ac timoris mei non est, 4) conari commemorare beneficia in me singulorum. Nam difficile est, non aliquem; nefas, quemquam praeterire, Ego vos universos, patres conscripti, deorum numero colere debeo. 5) Sed, ut in ipsis, diis immortalibus non semper eosdem, atque alias 6) alios solemus et venerari, et precari: sic in hominibus de me divinitus meritis omnis erit aetas mihi ad eorum erga me merita praedicanda 7) atque reco-

- 3) Hoc est, insignia, ceterorum meritis ac beneficiis maiora. Hoc enim *praecipuum* significare solet. *Heum.*
- 4) *Timoris mei non est*: hoc est, adeo timidus sum, ut a me impetrare non possim, ut commemorare coner singulorum erga me beneficia. Timeo enim, ne quemquam silentio praeteream: quod quidem nefas foret. *Commemorare*, laudare ac praedicare. Cap. 9. §. 24. *Idem.*
- 5) A quibus enim summa in hominum genus beneficia promanarant, eos antiqui in Deorum numerum referebant. *Hotom.*
- 6) *Atque alias pro sed alias*. Sic et pro Archia cap. 5. ac ponitur pro *sed*. *Census non ius civitatis confirmat, ac tantummodo indicat etc. Alias, pro interdum. In diis et in hominibus dicitur pro quod ad deos, quod ad homines attinet. Heum.*
- 7) Hoc est, in omni vita praedicabo eorum erga me merita. *Recolenda*: memoria repetenda, animo recognoscenda. *Heumannus* tollendum putat punctum post *recolenda*, et ita legi vult: *omni erunt aetate mihi eorum erga me m. p. a. recolenda; hodierno*
autem

recolenda. Hodierno autem die nominatim a me magistratibus statui gratias esse agendas, et de privatis uni, 8) qui pro salute mea municipia coloniasque adisset, populum Romanum supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidistis. Vos me florentem 9) semper ornastis; laborantem, mutatione vestis, et prope luctu vestro, quoad licuit, defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis 10) mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta, qui mea pericula non modo suo praesidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt.

Quibus ego rebus obiectis, cum mihi 11) privato confligendum 11) viderem cum eodem

autem die etc. Dubitat enim latine ita dici posse: *omnis erit aetas mihi ad-merita praedicanda.*

8) Cn. Pompeio, qui tum magistratum nullum gerebat. *Hot.*

9) *Florentem*: beatum, ante exilium, cum bene me haberem. *Ornastis*; honores mihi decrevistis. *Laborantem*: in exilio meo, quoad licuit: per consulum interdictum. Nam Piso et Gabinius edixerant, ut ad suum vestitum senatores redirent.

10) Cum in capitis iudicium vocati essent. *Hot.* *Periculum* enim hic est vocabulum forense, significans statum hominis rei, qui in periculo versatur, ne condemnatur, Pro Archia cap. 2. *Heum.*

11) Cum Catilinae copiis, quas cap. 13. huius orat. et cap. 5. superioris, dicit, ad spem caedis revocatas fuisse. *Heum.* *Mihi privato*: deposito consulatu.

Docet

dem exercitu, quem consul non armis, sed vestra auctoritate superaram; multa mecum
I3 ipse reputavi. Dixerat in concione consul, 1) se clivi Capitolini poenas ab equitibus Romanis repetiturum. Nominatim alii compellabantur, alii citabantur, 2) alii relegabantur. 3) Aditus templorum 4) erant non solum praesidiis et manu, verum etiam demolitione sublati. Alter consules, 5) ut me et rempublicam

Docet iam, cur maluerit in exilium ire, quam armis se defendere.

1) *Consul*: Gabinus. *Se clivi Capitolini* etc. cap. 5 §. 12.

2) *Citare* praeconis est, qui et iudices, et reum, et testes solet citare, i. e. ad Praetoris tribunal, sive ad iudicium vocare. *Compellare*: acerbius obiurgare, Sic supra cap. 5.

3) L. Lamiam significat. Cap. 5. *Hot.*

4) Significat gradus templi Castoris, quos Clodius posteaquam in illud ascendit, ut legem per vim ferret, evellendos tollendosque curavit; ne, si qui ei adversarentur, ingredi in templum, et eum deturbare possent. *Idem.*

5) *Alter consules-obligarat*: haec est sine dubio vera lectio, quam in textum recepi. Debetur ea maxima ex parte Ant. Augustino et Lambino, qui correxerunt *consules pro consul*, et si ita legitur, delendum est post *eos*, quod additum est post vitiatam scripturam in *consul*. Vulgaris lectio ita se habet: *Alter consul, ut me- pactionibus eos s. p. obligarat. Alter autem est, alius vel unus*, et intelligitur P. Clodius qui ambos consules promissione provinciarum obligarat, ut Ciceronem inimicis proderent. Per *alium* autem, qui cum exercitu morabatur ad urbem eo tempore, significatur Caesar, iturus in Galliam.

blicam non modo defererent, sed etiam hostibus reipublicae proderent, pactionibus suorum praemiorum obligarat. Erat alius ad portas 6) cum imperio in multos annos, 7) magnoque exercitu: quem ego inimicum mihi fuisse non dico; tacuisse, cum diceretur esse inimicus, scio. Duae partes esse in re-33 publica cum putarentur: altera me deposcere, 8) propter inimicitias; altera 9) timide defendere, propter suspicionem caedis putabatur. Qui autem me deposcere videbantur, in hoc auxerunt dimicationis metum, 10) quod numquam inficiando suspicionem hominum curamque minuerunt. Quare cum viderem 11) senatum ducibus orbatum, me a magi-

6) C. Caesarem significat, qui, teste Plutarcho, cum Galliam utramque cum imperio et exercitu obtineret, tamen non prius ad bellum profectus est, quam Cicero ex Italia pulsus esset. Clodii enim benevolentiam sibi retinere voluit, ne ea, quae consul contra leges et auspicia gesserat, a tribuno pl. rescinderentur, ut in Pisoniana Cicero significat. *Hot.*

7) In quinquennium lege Vatinia, qua Caesari Gallia cum Illyrico et tribus legionibus stipendiisque data est. *Vid. Ernesti Clav.*

8) Sc. ad mortem, ut me interficeret. *V. Ernesti Clav. Altera: Clodius et consules.*

9) *Altera: boni viri. Ad Quirites cap. 5.*

10) Effecerunt, ut viri boni dimicationem eo magis timerent, quia Caesar in primis, cum inimicus mihi esse diceretur, tacebat. *Manut.*

11) Causas affert, cur maluerit in exilium ire, quam se vi defendere.

magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum; servos simulatione collegiorum 12) nominatim esse conscriptos, copias omnes Catilinae paene iisdem ducibus ad spem caedis et incendiorum esse revocatas; equites Romanos, proscriptionis, 13) municipia vastitatis, omnes caedis metu esse permotos: potui, potui, patres conscripti, multis auctoribus 14) fortissimis viris, me vi armisque defendere: nec mihi ipsi

12) *Collegia* erant ex instituto Numa Pompilii sodalitates plebis, in quas ea descripta erat, infimorum hominum, certas artes pariter exercentium, conventus. Postea, cum horum collegiorum numerus esset auctus, omnia, praeter pauca atque certa, ut fabrorum fictorumque, quae civitatis utilitas desiderabat, pluribus legibus sublata sunt, neque solum legibus, sed etiam senatus consultis. Nec enim hominum humilium coitiones in civitate satis tutae videbantur. Clodius autem, ut inopem plebem, quae parvo negotio ad facinus impellitur, sibi conciliaret, utpote qui novitatem et vim meditaretur; collegia non solum vetera restituit, sed etiam nova innumerabilia constituit. Haec autem collegia e peregrinis, qui postea cives fiebant, e novis civibus, ex veteribus Romanis inopia laborantibus, e servis constabant. v. *Manut.* ad Or. pro Sextio cap. 15. In Pisonem cap. 4. *Collegia, non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam nova ex omni fece urbis ac servitio concitata.* Ad Quirites cap. 5. *Simulatione: nomine, praetextu. Iisdem ducibus, sc. quibus usae sunt antea.*

13) Exemplo L. Lamiae relegati. *Manut.*

14) Qui defensionem et pugnam suadebant. *Mihi ipse: ita cum Heumanno legendum censeo pro mihi ipse.*

15) Clo-

ipſi ille animus idem meus, vobis non inco-
gnitus, defuit. Sed videbam, ſi viciffem
praefentem adverſarium, 15) nimium multos
mihi alios eſſe vincendos: ſi victus eſſem;
multis bonis et pro me, et mecum, etiam
poſt me eſſe pereundum: tribunicique ſanguini-
ſ ultores eſſe praefentes: meae mortis poe-
nas, iudicio et poſteritati reſervari. Nolui, **I4**
cum conſul communem ſalutem ſine ferro 1) **34**
defendiſſem, meam privatus armis defendere:
bonosque viros lugere malui meas fortunas,
quam ſuis 2) deſperare; ac, ſi ſolus eſſem in-
terfectus, mihi turpe; ſi cum multis, reipu-
blicaefunefum fore videbatur. 3) Quodſi
mihi aeternam 4) eſſe aerumnum proſitam
arbitrarer: 5) morte me ipſe potius, quam
ſempiterno dolore multaffem. Sed cum vi-
derem, me non diutius, quam ipſam rempu-
blicam,

R 2

blicam,

- 15) Clodium tribunum plebis. *Etiam, pro quin etiam. Heum. Tribunicique ſanguinis: P. Clodii.*
- 1) Quia ſola ſenatus auctoritate laqueo gulam conde-
mnatis in carcere frangi iuſſit. *Holom.*
- 2) *Suis ſc. fortunis deſperare.* Verbum hoc plerumque
dativo iungitur perſonae, et accuſativo rei, e. g. *me-
dici deſperant aegro, et medici deſperant ſalutem
aegri.*
- 3) Ad Quirites cap. 5. §. 13.
- 4) Id eſt, quamdiu viverem, duraturam. *Heum.*
- 5) Hoc poſitum eſt pro *arbitratus eſſem.* Pro Archia
cap. 7. *adiuvarentur* occurrit ſenſu plusquamperfecti.
Eadem dicendi ratio etiam eſt infra, ubi *abſſent,*
lugerem, deſiderarem poſita ſunt pro *abſuiſſem, lu-
xiſſem, deſideraſſem.* *Idem.*

6) *Respu-*

blicam, 6) ex hac urbe abfuturum: neque ego illa exterminata mihi remanendum amplius putavi: et illa, simul atque revocata est, 7) me secum pariter reportavit. Mecum leges, mecum quaestiones, 8) mecum iura magistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum deorum et hominum sanctitates omnes, et religiones abfuerunt. Quae si semper abessent: magis vestras fortunas lugerem, quam desiderarem meas. Sin aliquando revocarentur: intelligebam, mihi cum
 35 illis una esse redeundum. Cuius mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos capitis fuit, Cn. Plancius, 9) qui, omnibus provincialibus ornamentis 10) commodisque depofi-

6) *Respublica* quid hic significet, plenius dixit ipse Cicero in sequentibus.

7) Mutatis consulibus. *Manut.*

8) Sic appellantur iudicia publica. *Hotom.*

9) Qui tum quaestor fuit Macedoniae. *Idem.*

10) Hoc quid sibi velit, ipse docet Cicero in Orat. pro Plancio cap. 41. Ibi enim ita: *Simulac me Dyrhachium attigisse audivit: statim ad me, lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata, profectus est. Et paullo post: multosque menses a capite meo non discessit, abiecta quaestoria persona, comitisque sumta. Quod autem addit, eum sua quaeque commoda deposuisse, hoc significat, cum ceteri timerent, ne vi legis Clodii poenam dent recepti Tullii, Plancium fuisse unum, non, qui minus timeret, sed, si acciderent ea, quae timerentur, mecum ea subire et perpeti vellet; ut idem noster ibidem loquitur. *Heum.**

depositis, totam suam quaesturam in me sustentando et conservando collocavit. Qui si mihi quaestor imperatori fuisset, in filii loco fuisset: 11) nunc certe erit in parentis, cum fuerit quaestor non imperii, sed doloris mei.

Quapropter, patres conscripti, quoniam³⁶ in rempublicam sum pariter cum republica restitutus: non modo in ea defendenda nihil minuat de libertate 12) mea pristina, sed etiam adaugebo. Etenim, si eam tum defendebam, cum mihi aliquid illa debebat: quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeo? Nam quid est, quod animum meum frangere aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modo nullius delicti, sed etiam divinorum in rempublicam beneficiorum testem esse videatis? 1) nam et importata est, quia defenderam civitatem: et mea voluntate suscepta est, ne a me defensa respublica per eundem me extremum in discrimen vocaretur. Pro me non, 2) ut pro³⁷
P.

11) Maxima necessitudo intercedebat inter quaestorem et suum praesidem, ita ut hic illi parentis loco esset. Cap. 8. §. 21.

12) *Libertate*, intelligit libertatem dicendi, *παρρησια* fortitudinem in sententiis dicendis. V. *Ernesti Clav.*

1) Id est, qui, ut vosmet ipsi agnoscitis, calamitatem meam subire coactus sum non modo non propter delictum in remp. ullum, sed etiam propter insignia, quibus remp. affeceram, beneficia. *Heum.*

2) Totum hunc locum totidem paene verbis inculcat in ora: *ad Quirites cap. 3. 4.*

P. Popillio, 3) nobilissimo homine, adolescentis filii, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata: non, ut pro Q. Metello, summo et clarissimo viro, spectata iam adolescentia filius: 4) non L. et C. Metelli, 5) consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Servilii, Scipiones, Metellarum 6) filii, flentes ac sordidati, populo Romano supplicaverunt: sed unus frater, qui in me pietate, filius; consiliis parens; amore (ut erat) frater inventus est: squalore et lacrymis, et quotidianis precibus, desiderium mei nominis renovari, et rerum gestarum memoriam usurpari 7) coëgit. Qui cum statuisset, nisi per vos me recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium et vitae et mortis deposceret, numquam nec 8) magnitudinem negotii, nec solitudi-

3) Ad Quirites cap. 3.

4) Metellus Pius, qui ex assiduitate, quam in populo pro patre orando adhibuit, hoc cognomen adeptus est. *Hot.*

5) L. Metellus Diadematus, C. Metellus Caprarius, et consularis, et censorius, uterque Macedonici filius. Ad Quirites cap. 3.

6) *Metellarum*: ita recte pro *Metellorum*. Miror sane, cur Graevius hic receperit *Metellorum*, cum in orat. praecedenti sit *Metellarum*. V. ad Quir. cap. 3. n. 7.

7) *Usurpare* sc. sermone vel lingua est *appellare*, commemorare. Pro Milone cap. 7. §. 18.

8) *Numquam nec*: editio Graeviana habet tamen *numquam nec*; sed tamen hic locum habere non potest.

9) Hoc

litudinem suam, 9) nec vim inimicorum ac tela pertinuit. Alter fuit propugnator meorum fortunarum, et defensor affiduus, summa virtute et pietate, C. Piso, gener: qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis, qui Pontum et Bithyniam quaestor pro mea salute neglexit. 10) Nihil umquam senatus de P. Popillio decrevit, numquam in hoc ordine Q. Metelli mentio facta est. Tribunicis sunt illi rogationibus, 11) interfectis inimicis, 12) denique nulla auctoritate senatus, restituti; cum alter eorum senatui paruisset, 13) alter vim caedemque fugisset. 14) Nam C. quidem

(3) *Metellus Numidicus* (17) *Manus* (18) *Metellus* (19) *Metellus* (20) *Metellus* (21) *Metellus* (22) *Metellus* (23) *Metellus* (24) *Metellus* (25) *Metellus* (26) *Metellus* (27) *Metellus* (28) *Metellus* (29) *Metellus* (30) *Metellus* (31) *Metellus* (32) *Metellus* (33) *Metellus* (34) *Metellus* (35) *Metellus* (36) *Metellus* (37) *Metellus* (38) *Metellus* (39) *Metellus* (40) *Metellus* (41) *Metellus* (42) *Metellus* (43) *Metellus* (44) *Metellus* (45) *Metellus* (46) *Metellus* (47) *Metellus* (48) *Metellus* (49) *Metellus* (50) *Metellus* (51) *Metellus* (52) *Metellus* (53) *Metellus* (54) *Metellus* (55) *Metellus* (56) *Metellus* (57) *Metellus* (58) *Metellus* (59) *Metellus* (60) *Metellus* (61) *Metellus* (62) *Metellus* (63) *Metellus* (64) *Metellus* (65) *Metellus* (66) *Metellus* (67) *Metellus* (68) *Metellus* (69) *Metellus* (70) *Metellus* (71) *Metellus* (72) *Metellus* (73) *Metellus* (74) *Metellus* (75) *Metellus* (76) *Metellus* (77) *Metellus* (78) *Metellus* (79) *Metellus* (80) *Metellus* (81) *Metellus* (82) *Metellus* (83) *Metellus* (84) *Metellus* (85) *Metellus* (86) *Metellus* (87) *Metellus* (88) *Metellus* (89) *Metellus* (90) *Metellus* (91) *Metellus* (92) *Metellus* (93) *Metellus* (94) *Metellus* (95) *Metellus* (96) *Metellus* (97) *Metellus* (98) *Metellus* (99) *Metellus* (100)

9) Hoc est, quia *solus* meam agebat causam et pro me deprecabatur.

10) Cum quaestor proconsuli, ut in Pontum et Bithyniam iret, obvenisset. *Hot.* Ad Div. lib. XIV. ep. 1. *Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra esse possit. Utinam ea res ei voluptati sit: gloriae quidem video fore.*

11) Rogationem de Popillio tulit L. Bestia; de Metello Q. Calidius. Ad Quirites cap. 4. *Manus.*

12) Inimico Popillii C. Graccho, Metelli L. Saturnino. *Idem.*

13) Popillius. Consuli senatus mandarat, ut in eos, qui cum Ti. Graccho consenserant, more maiorum animadverteret. Valerius lib. IV, cap. 7. *Hot.* *Cum pro cum tamen, et si.* Ita aliis quoque locis Cicerois occurrit. Catil. II. cap. 7. §. 15. Pro Milone cap. 23.

14) Q. Metellus Numidicus fugit vim Saturnini tribuni plebis atque adeo C. Manu, septies consulis, qui tunc

Satur-

Marius, qui hac hominum memoria tertius 15) ante me consularis, tempestate civili expulsus est, non modo a senatu non est restitutus, sed reditu suo senatum cunctum paene delevit. Nulla de illis magistratuum consensio, nulla ad rempublicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italiae motus, 16) nulla decreta municipiorum et coloniarum exstiterunt. Quare cum me vestra auctoritas accesserit, populus Romanus revocarit, respublica implorarit, Italia cuncta paene suis humeris reportarit; non committam, patres conscripti, ut, cum ea mihi sint restituta, quae in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, 17) quae ipse praestare possim, 18) praesertim cum illa amissa 19) recuperarim, virtutem et fidem numquam amiserim.

Saturnini partes adiuvat, veteresque cum Metello inimicitias exercebat. *Manut.*

15) Primus Popillius, alter Metellus, ille C. Gracchus, hic L. Saturnini seditione expulsus: tertius ipse Marius, cum Sullae victoris arma fugit. Ad Quirites cap. 3. *Idem.*

16) Ad Quirites cap. 4. §. 10.

17) Virtutem et fidem. *Manut.*

18) Quae in potestate mea sunt, quae mihi adimere inimicorum iniuria non potest; id quod docet oppositio. *Idem.*

19) Patriam, dignitatem, fortunas meas, *Idem.*







